



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

Liber XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXIII.

VIGILIUS PAPA.
JUSTINIANUS, IMPERATOR,
ET VITIGES, REX.

§. I.

Paulus Patriarcha Alexandrinus.

Theodosio Patriarcha Alexandrino in Sæculum VI.
Exilium expulso, Paulus Abbas ex A.C. 538.
Ordine Tabennensium in ejus lo- Liber bre-
cum ordinatus est. Is, cum ab aliquibus viar. c. 23.
suorum Monachorum vilipenderetur, Sup.
Constantinopolim venerat, XXXII.
Causam suam §. 31.
coram

Sæculum VI. coram Imperatore acturus. Pelagius
A. C. 538. Diaconus, qui Virum integerrime Catho-
 licum noverat, ipsumque Concilium Cal-
 cedonense recipere, effecit, ut in Sede A-
 lexandrina collocaretur, ordinatusque
 est Constantinopoli a Menna Patriarcha,
 eodem Pelagio, Ephrem Antiocheni, at-
 que Petri Jerosolymitani, Legatis præ-
 sentibus. Imperator Paulo contulit Po-
 testatem in Duces & Tribunos Ægypti
 & Provinciarum subditarum, qua Hære-
 ticos deponeret, & Orthodoxos consti-
 tueret; illi enim populorum dissensiones
 fovebant.

Cum Paulus Alexandriam pervenis-
 set, totam Civitatem omniaque Mona-
 steria tum metu injecto tum adhibita in-
 dustria eo adduxit, ut Concilium Calce-
 donense reciperent. Eliam Militiæ Ma-
 gistrum amoturus erat, nisi prohibuisset
 Psojus Diaconus & Ecclesiæ œconomus E-
 liæ amicus, qui missis tabellariis pedestri-
 bus quidem, sed velocissimis, quorum in
 Ægypto frequens usus erat, Patriarchæ
 consilia Eliæ significavit. Paulus Patriar-
 chæ interceptis Psoji litteris, sermone Æ-
 gyptiaco scriptis, timuit, ne experiretur
 fortem Proterii, ab Eutychanis trucidati,
 cœpitque urgere Psojum, ut Admini-
 strationis suæ rationem redderet. Ita-
 que datis ad Imperatorem litteris eum
 interea Magistratum manibus tradit. Ro-
 don

Sup.
L. XXIX.
S. 2.

don tunc Ægypto Præfectus eum custodiendum recepit, dum Imperatoris mandata afferrentur. Interim Primorum Civitatis aliquis, cui Nomen Arsenius, Rodonem muneribus corruptum permovit, ut Psojum clam & noctu in tormentis interficeret. Occisi liberis & propinquis indignam mortem apud Imperatorem deflentibus, is Ægypti Prætura Liberio collata eundem Alexandriam mittit jussu in illud facinus inquirere. Liberius illo delatus, accersito Rodone, interrogat, quo modo Psojum Diaconum occidisset. Respondit Rodon: *Pauli Episcopi imperio, nam habeo Imperatoris mandata, quibus, quæcunque voluerit Episcopus, exequi jubeor.* Id vero negabat Paulus sancte affirmans, se hujus rei nullatenus conscium fuisse. Patuit postea veritas, Arsenium homicidii hujus auctorem extitisse, & neci datus est. Paulus tamen Episcopus Gazæ in Palæstina exulare jussus, & Rodon cum Actis hujus Judicii Constantinopolim perductus; quibus coram Imperatore perlectis morte punitus est.

Tum Imperator Pelagium Diaconum S. Sedis Legatum Antiochiam misit, addito mandato; ut inde cum Ephrem Antiocheno, Petro Jerosolymitano & Hypacio Ephesino Gazam se conferret, ut Paulo Alexandrino Pallium auferrent, eum-

Sæculum VI.
A. C. 538.

Sæculum VI. eumque deponerent. Igitur Pelagius
 A. C. 538. Antiochiam & deinde Jerosolymam ve-
 nit, unde cum duobus Patriarchis & qui-
 busdam Episcopis Gazam delatus est.
 Leont. Sect. Ibi Paulo deposito in ejus locum Zoilum
 Act. 5. Patriarcham Alexandrinum ordinarunt,
 qui etiam sicut Paulus Concilii Calcedo-
 nensis Fidem profitebatur.

§. II.

Agnoitæ & Tritheitæ.

Interea Eutychiani seu Acephali quoti-
 die in novas Sectas abibant. Theodo-
 sius Alexandrinus, cum Constantinopoli
 versaretur, occasio fuit, ut Agnoitarum
 Secta nasceretur; nam exorta quæstione
 Marc. 13. 32. super Domini Nostri Verba: *Hora Ju-
 dicii neminem scire, (*) neque Filium,*
 an

(*) Hæc Christi Domini assertio Cardinalem
 Gotti permovit, ut dubitaret, an Beati in Cælo
 Visione perpetua Orationes Fidelium in terra
 existentium ad se directas, & futurorum quocun-
 que demum tempore ad se dirigendas viderent,
 quod deinde saltem arguere possent, quando
 Judicii extremi dies esset adventura, & diceret,
 eas per Revelationes successivas extra Verbum
 cognoscere. Nihilominus non videtur adesse
 ratio sufficiens discedendi a principio Theolo-
 gico, secundum quod Beati omnia tam ad sub-
 stantiam quam ad circumstantias suæ Felicitatis
 pertinentia, nempe illa, quæ ipsorum Personas
 tangunt,

an id JESUS CHRISTUS qua homo ignoras-
 set, Theodosius dixit, JESUM CHRISTUM
 id non ignorasse, eatenus cum Ecclesia
 Catholica sentiens. Imo etiam contra
 illos calamum strinxit, qui JESU CHRISTO
 hanc ignorantiam affingebant, & idcirco
 Agnoitæ dicebantur, nam ἀγνοειν Græce
 significat ignorare. Dicebant, hanc i-
 gnorantiam Christo non minus conve-
 nientem fuisse, quam dolores, quos sen-
 sit,

Sæculum VI.
 A. C. 538.

Act. 10.

tangunt, & absurdum non involvunt, uno con-
 spectu & perpetuo vident. Ita docet S. Augu-
 stinus citatus a S. Doctore L. 15. de Trinit. c. 16.
*Non enim erunt volubiles cogitationes nostræ,
 ab aliis in alia euntes atque redeuntes, sed om-
 nem scientiam nostram uno simul conspectu vide-
 bimus.*

Eundem sequitur S. Thomæ Doctrinam ex-
 plicans Clarissimus Mezger. Disput. X. Art. III.
 Jam vero modus concupiscendi sequitur modum
 cognoscendi; nimirum qualis est Visio Beato-
 rum tale etiam est eorum Desiderium Clienti-
 bus suis succurrendi, id est, perpetuum, estque
 hoc Desiderium, seu Charitas in proximum, O-
 ratio, non quidem modo formali, sed eminente
 & perfectissimo; nam formalis oratio involvit
 spem obtinendi, quod petitur; sed Beatorum
 Statui repugnat, ut sint suspensi, & ulterius a-
 liquid sperent. Imo secundum S. Thomam &
 Cardinalem Gotti Beati in Cælo nihil a Deo
 perunt, nisi quod concessurum vident.

Sæculum VI. sit, cumque esset nobis simillimus, ea, A. C. 538. quæ nos ignoramus, ipsum quoque ignorasse. Itaque secedentes a Theodosianis Conventus separatos egerunt.

Sub idem tempus, quo Theodosius Constantinopoli morabatur, initium cepit Tritheitarum Error, qui Joannem Grammaticum Alexandrinum cognomento *Philoponos*, id est, laboriosum, habuit Auctorem. Is Catholicis objiciebat, quod si duas Naturas confiterentur, etiam necessario duas Hypostasēs essent admittendæ. Respondebant; Naturam differre ab Hypostasi, alias enim in Trinitate tres Naturas fore admittendas, cum adsint tres Hypostasēs. Philoponus fatebatur hoc consequi, & in Trinitate tres Naturas particulares præter unam communem, secundum Philosophiam Aristotelis admittebat. Proinde tres esse Deos docebat, unde ipsius Sectatores Tritheitæ appellati. Philoponus etiam contra Resurrectionem scripsit, docens, Animas non iisdem rursus uniri corporibus. His non obstantibus Religionem Christianam profitebatur, eamque propugnavit adversus Proclum ex Lycia Philosophum Platonicum, illa ætate luce fruentem; is enim Religionem, quam contemnebat, adductis octodecim argumentis impugnaverat.

Phot. Bibl.
n. 21.

Niceph.
XVIII.
c. 47. 48.

Suid. in
Proc.

§. III.

Sæculum VI.
A.C. 538.

Origenistæ in Palæstina.

Pelagium Diaconum Sacræ Sedis Legatum, post Palæstinæ Profectionem Constantinopolim reversum, quidam Monachi Jerosolymitani, quos in transitu viderat, adierunt. Afferebant aliqua ex Libris Origenis excerpta, ab Imperatore petitori, ut ea damnari juberet. Sed ista nobis altius repetenda sunt. Nova Laura a S. Saba anno 507. Monachorum seditiosorum Bono fundata primum Abbatem habuit Joannem Prophetiæ Dono clarum. Is morti proximus illius Congregationis Primoribus apud se confidentibus flens dixit: *Ecce dies veniunt, quibus locorum istorum incolæ extollentur, & a Fide aberrabunt. Sed confundetur eorum superbia, & postquam temeritas intolerabiles reddiderit, ejicientur.* Joannis Successor Paulus vir simplex quosdam Monachos Origenis Doctrinam secreto tradentes ignarus suscepit. Illorum primus habebatur aliquis nomine Nonnus ex Palæstina, qui etsi non modo Christianus, sed etiam vir pius esse videretur, nihilominus errores Paganorum, Judæorum, & Manichæorum in sinu fovebat, & Origenis somniis de existentia Animarum ante corpora fidem adhibebat. Abbas Paulus non ultra sex

Sup. L.
XXXI. 5.
15. Vita S.
Sabæ c. 36.
p. 173.

p. 274.

Hist. Eccles. Tom. VII. Pp Men-

Sæculum VI. Menses Novam Lauram rexit, habuit
A. C. 538. que Successorem Agapitum S. Sabæ Di-
scipulum.

Agapitus istorum quatuor Monacho-
rum erroribus deprehensus, timens, ne
alios inficerent, annuente Elia Patriarcha
Jerosolymitano eos ejecit. Verum Elia
Sup. XXXI Sede pulso, hi Monachi Jerosolymam i-
S. 27. Vit. verunt, rogaruntque Joannem ejus Suc-
S. Sabæ. cessorem, ut ad Novam Lauram redire
ipsis liceret. Is S. Sabam, & Agapitum
accerisit, & comperto, quod Nonnus ce-
terique Origenistæ essent, noluit ulte-
rius eis aures dare. Post Agapitum No-
væ Lauræ Abbas fuit Mamas, qui Nonnum
& socios ejus sibi ignotos suscepit. S. Sa-
bæ severitatem reveriti non audebant
errores suos in lucem producere, & quam-
diu Vir Sanctus in vivis fuit, una om-
nium Monachorum in Palæstinæ Deser-
to fides esse videbatur. At ipso fati-
suncto, Nonnus cum suis cœperunt er-
rores proferre, quibus non solum doctis-
simum quemque Novæ Lauræ, sed etiam
Monasterii Martyrii, & Lauræ Firmini
Vita c. 83 imbuerunt, & brevi tempore Origenis
p. 360. Doctrinam usque in Lauram magnam,
Vita S. Cy- & reliqua hujus Eremitæ Monasteria inve-
riaci p. 118. xerunt.
Anal. gr.

Sub idem tempus Domitianus Abbas
S. Martyrii, & Theodorus Cappadox co-
gnomento Ascidas, Exarcha seu Vistita-
tor

tor Novæ Lauræ, ambo Origenistæ zelo-
 sissimi Constantinopolim venerunt, simu-
 lantes se suscipere Defensionem Concilii
 Calcedonensis. Ambo Libello ab Abba-
 tibus Orientis, quibus Constantinopoli-
 tani se junxerant, Agapito Papæ tradi-
 to subscripserunt. In illa Subscriptione
 Domitianus Presbyterum & Archiman-
 dritam Monasterii Martyrii se dicit, &
 Theodorus Diaconum atque Novæ Lau-
 ræ Monachum. Cum essent solerti in-
 genio effecerunt, ut Imperatori noti fie-
 rent, tantamque postea in aula Cæsareâ
 Gratiâ adepti sunt, ut ambo ad Archi-
 episcopatus fastigium, Domitianus An-
 cyræ in Galatia, Theodorus Cæsareæ in
 Cappadocia evecti fuerint. Horum igitur
 Auctoritas Nonno & Asseclis ejus
 animos addidit, ut eo majore studio Do-
 ctrinam Origenis per totam Palæstinam
 propagarent.

Cum Abbas Melitas S. Sabæ Succes-
 sor eidem non plus dies quinque super-
 vixisset, Gelasius initio decimæ quintæ
 Indictionis, id est, sub finem anni 536.
 Regimen suscepit, qui videns, quantum
 Hæresis Origenis in sua Congregatione
 invaluisset, adhibito ad consilium S. Jo-
 anne Silentario, & trium aliorum Mona-
 chorum auxilio suffultus Tractatum An-
 tipatri Episcopi Bosrensis adversus erro-
 res Origenis prælegi jussit. Intendue-
 runt

Sæculum VI.
 A. C. 538.

Vit. S. Sabæ

Sup.
 XXXII.

S. 54. to. 5.
 Conc. p. 35.

Origenistæ.

Vit. S. Sabæ
 p. 331.

Sæculum VI.
A. C. 538.
p. 363. runt Origenistæ, & quia conventicula separata agebant, eorum ferme quadraginta ex Laura S. Sabæ migrare compulsi sunt. Hi ad Novæ Lauræ Monachos Nonnum & Leontium confugerunt. Leontius congregatis omnibus illius Sectæ Ducibus consilium suggessit, ut Majorem Lauram vi aperta invaderent. Primo ad Monasterium S. Theodosii se contulerunt, quod sperarent, Sophronium Abbatem in partes suas pertrahi posse. Sed vanus fuit conatus. Tunc vero pudore & furore incensi in diversos pagos miserunt, qui ligones, harpagones, vectes ferreos, aliaque hujus generis instrumenta comportarent, & agricolas auxiliarios colligerent. Ita instructi gradus ad majorem Lauram accelerant, totam excisuri. Quamvis vero hora octava esset matutina, cœcitate percussi, & postquam tota illa die per loca aspera & invia processissent, luce altera prope aliud Monasterium se consistere admirati sunt. Id auxilii huic Lauræ ad S. Sabæ preces a Deo concessum creditum est.

*p. 364.**Sup. n. 1.*

Eodem etiam tempore Ephrem Patriarcha Antiochenus cum Eusebio Cyziceno, Hypacio Ephesino, & Pelagio Diacono ad Paulum Alexandrinum deponendum, ut diximus, in Palæstinam venit. Cum Eusebius soluto Concilio Jerusalem se contulisset, venit ad eum
Leon.

Leontius Byzantinus adducens etiam il-
 los, qui ex Majore Laura ejecti fuerant,
 accusantes Abbatem suum Gelasium,
 quod dissensionum causa in Congregatio-
 ne esset, & Adversariis ipsorum faveret.
 Eusebius deceptus a Leontio, qui nullam
 de Origenis Doctrina mentionem fecerat,
 accersito Abbate Gelasio, imperavit, ut
 eos, quos ejecerat, reciperet, aut ipso-
 rum Adversarios ejiceret. Gelasius istud
 posterius faciendum elegit, & ex Laura
 dimisit sex Monachos Orthodoxos, qui
 lubenti animo hanc persecutionem feren-
 tes, Antiochiam profecti sunt, ubi Ephrem
 Patriarchæ, quæ contigerant, narrarunt,
 eique Libros Antipatri Bosrensis ostende-
 runt, Patriarcha errores Origenis ex iis
 libris cognoscens, & ea, quæ Origenistæ
 Jerosolymæ egissent, edoctus edita Epi-
 stola Synodica Doctrinæ Origenis Ana-
 thema dixit. Id ubi Jerosolymæ rescie-
 verunt, Nonnus & Sectatores ejus, quibus
 etiam Leontius, tunc Constantinopoli
 commorans, Domitianus Ancyranus, &
 Theodorus Cæsariensis favebant, apud
 Petrum Patriarcham Jerosolymitanum
 instabant, ut Nomen Ephrem Antioche-
 ni ex Dyptichis deleret. Inde magnæ
 exortæ sunt turbæ. Petrus, Abbatibus
 Sophronio & Gelasio clam ad se vocatis,
 jussit, ut sibi contra Origenistas Libellum
 supplicem traderent, & obtestarentur,

Pp 3 ne

Sæculum VI.
 A. C. 538.

p. 365.

Sæculum VI. ne Nomen Ephrem ex Dyptichis tolle-
A.C. 538. ret. Tradiderunt ipsi, qualem petebat,
 Libellum, quem acceptum Petrus ad Im-
 peratorem transmisit, & quanta mala O-
 rigenistæ perpetrarent, perscripsit. Hæc
 ergo erat Epistola & supplex Libellus,
 quem Monachi Jerosolymitani affere-
 bant, dum Constantinopolim ad Pela-
 gium Diaconum Sacræ Sedis Legatum
 venerunt.

§. IV.

Justiniani Edictum.

Pelagius aliunde Theodori Cappadocis
 Adversarius, sciensque ipsum Orige-
 nis erroribus infectum, cum Menna Pa-
 triarcha Constantinopolitano operam
 junxit, quo facilius Imperator postulatio-
 ni Monachorum ex Palæstina benignas
 aures daret, & Origenes damnaretur.
 Justinianus Imperator eo lubentius an-
 nuit, quod Quæstiones ad Religionem
 pertinentes definire amaret. Ergo edi-
 to longo Edicto primum errores, qui O-
 rigeni tribuebantur, exponit, & in sex Ca-
 pita dividit. I. Errores circa Trinitatem.
*Pater major est Filio, Filius Spiritu San-
 cto & Spiritus S. ceteris Spiritibus ma-
 jor est. Filius non potest videre Patrem,
 nec Spiritus S. Filium, & quod nos su-
 mus comparati Filio, id Filius est com-
 paratus Patri.* II. De Creatione. Po-
 tentia

to. 5. Cont. p.
 635. p. 638.

tentia Dei limitata est, nec nisi determi- Sæculum VI.
natum numerum () Spirituum potuit pro-* A. C. 538.
ducere, & determinatam Materiæ quan-
titatem, in qua operaretur. Rerum ge-
nera & species sunt Deo coæternæ. Fue-
*re & erunt plures Mundi, (**) ita ut Deus*
nunquam sine Creaturis extiterit.

III. *Substantiæ rationales ideo tantum* Sup. L. V.
corporibus alligatæ fuerunt, ut puniren- S. 54
 pp 4 tur, to. 5. Conc.
 p. 639.

(*) Forte Origenes id in sensu vero scripserit, quod deinde inepti Interpretes detorserunt. Nam verum est, Creaturas non nisi numero finito posse existere.

(**) Id de pluribus Mundis sibi succedentibus accipiendum. Hodie vero sunt, qui non solum Mundos præteritos aut futuros, sed etiam plures nobiscum existentes, saltem suspicantur. Quærent etiam, an Planetæ suos Incolas non habeant? imò suis Tubis hodierni Astrorum Exploratores, Lunæcolas terræ nostræ ceteris propinquiores tantum non colloqui & corridere conspiciunt. Negotium facessit his Scrutatoribus Redemptionis Mysterium. At forte perplexa Quæstione expedire se possent, si dicerent, Planeticolas utpote alterius speciei, ac nos homines sumus, Creaturas rationales, cum Adami profapia non essent, vel Redemptione non indignisse, aut si peccato personali peccassent, eos Christum Dominum, quemadmodum & Angelos, redimere noluisse. Plura comperiemus, postquam homines artem navigandi per aera, quam Fontenetus docere cœpit, didicerint.

Sæculum VI. *tur, & speciatim Animæ hominum ab ini-*
A.C. 538. *tio erant Intelligentiæ puræ & Sanctæ,*
quæ cum Contemplationem Divinam fa-
stidire cæpissent, & ad malum fuissent
conversæ, in corpora conjectæ sunt, ut
 p. 661. *pænas darent. IV. Cælum, Sol, Luna,*
 p. 663. *Stellæ, & Aquæ, quæ supra Cælos sunt,*
 p. 666. *animata, & ratione prædita sunt. V. In*
Resurrectione corpora humana erunt figu-
ræ rotundæ. () VI. Omnium malorum*
Hominum, & Dæmonum pænæ finem
habebunt, ipsique pristino statui restituentur.
 Errores isti in Edicto referuntur, & adducta Scripturæ & Patrum Auctoritate prolixè refutantur, præsertim error tertius, qui Animarum præexistentiam affirmat, & sextus, qui pœnarum æternitatem negat. Imperator deinde subjungit, Oratione ad Mennam Patriarcham semper directæ, *Quamobrem hortamur te, ut omnes Episcopos, qui in hac Urbe Cæsarea versantur, & Monasteriorum Abbates, convoces, eosque omnes jubeas data Scriptura impium Origenem, cognomento Adamantium, olim Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyterum, abominanda ejus*
 Dog-

(*) Hæc Doctrina opportunissima esset dirimendæ liti ad furorem usque disputantium, quo pacto Christi Corpus, extensum quoad se, in Hostia consecrata rotunda existat, & orbem impleat.

Dogmata & Articulos hic adjunctos a-nathematizare. Beatitudo tua deinde Actorum hac super re Exemplaria ad omnes alios Episcopos, & omnes Monasteriorum Præpositos transmittat, ut idem faciant. Imposterum vero nullus Episcopus aut Abbas ordinetur, nisi prius Origenem cum omnibus aliis Hæreticis pro more damnaverit. Eadem Vigilio Papæ, & ceteris Patriarchis perscripsimus.

Sæculum VI.
A.C. 538.

Aliqua deinde ex Libris Origenis Excerpta sequuntur, & Anathemata novem contra prædictos errores, & quosdam alios de Incarnatione, scilicet, Animam Jesu Christi extitisse, antequam Verbo uniretur. Corpus ejus ante formatum esse in sinu Virginis, quam Verbo, & Animæ ipsius uniretur, & Jesum Christum in quodam futuro Sæculo, sicut pro Hominibus crucifixus fuit, etiam pro Dæmonibus esse crucifigendum. Ultimo ipsi Personæ Origenis & Sectatorum ejus Anathema dicitur. Hujusmodi fuit Justiniani Imperatoris Edictum. Illi Menas Patriarcha, & Episcopi Constantino- poli præsentis, subscripserunt. Postea Vigilio Papæ, Zoilo Patriarchæ Alexandrino, Ephrem Antiocheno, & Petro Jerosolymitano, transmissum est, omnesque subscripserunt. Domitianus Ancyranus quoque, & Theodorus Cæsariensis sub-

p. 671.

p. 678.

vit. S. Eusth.
p. 365.

Pp 5

scri-

Sæculum VI. scribere coacti; at quo animo id fecerint, quæ secuta sunt, docuerunt.

A. C. 540.

§. V.

Alicæ Justiniani Leges.

Illo ferme tempore Justinianus plures alias Constitutiones ad Ecclesiasticam Disciplinam pertinentes edidit. Duas habemus anno 538. datas, & ad Mennam Patriarcham directas. In prima prohibetur, ne Clerici a Ministerio discedentes unquam restitui possint; sed in eorum locum alii substituuntur, quibus priorum stipendia dentur, nec ea cœconi in suum lucrum convertant. Fundatores Ecclesiarum suo Arbitrio Clericos, qui in iis ministrent, non constituent, sed, quos volunt, Episcopo præsentent. Hic videmus Juris Patronatus originem, ut in primo Concilio Arausicano adnotavi. Lex altera eodem anno data prohibet, ne ulla nova Ecclesia ædificetur, priusquam Episcopus in loco destinato preces recitaverit, & procedente inter comprecationes populo ibi Crucem fixerit, ut id publico Ritu fiat. Prius inter Fundatorem & Episcopum convenerit, quantum ille ad luminaria, ad Vasa sacra, & Ministrorum Salaria collaturus sit. Qui Ecclesiam ruinam minantem restauraverit, Fundatori æquiparetur. Eadem Lege Ecclesiarum cœconomis

Nov. 57.

c. 2.

Sup. L.

XXVI. §. 54

Nov. 67. c. 1.

Theutobaldus seu Ildibaldus Rex Gothorum.
A. 540.

c. 2.

nomis præcipitur, ne Episcopis absenti-
bus pecunias mittant, quibus Constanti-
nopoly sustententur, si ibi ultra, quam li-
ceat, id est, ultra annum, morentur.

Tres præterea sunt Leges prolixæ an-
no 541. datæ. In prima, data 20. Febr.

ea, quæ in Ordinationibus observanda
sunt, statuuntur. Ad eligendum Episco-
pum Clerici & Optimates Civitatis con-
gredientur, & tres viros deligant. In De-
creto Electionis Eligentes super Sacra

Evangelia jurabunt, quod gratis eos ele-
gerint, & solum ideo, quia secundum Ca-
nones invenissent dignos. Consecrator
de tribus unum eliget, & primo petet ab
ipso, ut Professionem Fidei scriptam tra-
dat; tum ut Formulam Oblationis, (*)

Baptismi, aliarumque orationum solem-
nium recitet. Unde colligimus ea me-
moriam imprimi debuisse. Electus etiam
jurabit, nec dedisse se quidquam, nec ac-
cepisse, ut Episcopus ordinaretur. Si

accusetur, prius accusatio examinetur,
quam confirmetur Electus. Si Actor re-
filiat, Consecrator ex officio intra men-
ses tres inquiret. Concilia singulis annis

Mensibus Junio & Septembri agantur, in
quibus omnes Causæ Ecclesiasticæ per-
tractentur. Etiam extra Concilii tem-
pus

(*) Der Protestant hat an statt Oblation das
Wort Communion gesetzt. p. 256.

Sæculum VI.
A. C. 541.

Sup. lib.
XXXII.

S. 50.

Nov. 137.

Novellæ.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

Sæculum VI.
A. C. 541.
pus Episcopus coram Metropolitæ accu-
sari possit, & Clerici aut Monachi coram
Episcopo. Episcopi & Presbyteri elata
voce preces Oblationis & Baptismi ad
ædificandum Populum pronuncient. Hæc
Lex ad Petrum Officiorum Magistrum di-
recta est, atque omnibus Provinciæ
Rectoribus præcipitur, ut executioni eam
dari curent.

Nov. 131.
Secunda Lex decima octava Martii
data præcipit, ut quatuor Concilia Ge-
neralia vim Legis habeant. Papa Ro-
manus omnium Episcoporum primus
fit, (*) & ipsum Episcopus Constantino-
politana

(*) Si ideo solum Episcopus Romanus Episco-
porum primus habitus fuisset, quod Cathedram
fortitus esset Romæ, quæ erat Imperii Metropolis
& Imperatorum Sedes, sicut Interpres Protestans
somnia, cur Imperii Capite, puta, Constantino
Magno ex Occidente in Orientem migrante, cur
Imperii Sede & Majestate a Roma antiqua ad
Romam Novam translata, & Civitatis Constanti-
nopolitanæ Decore & Gloria crescente, Roma
vero a Barbaris capta, direpta, incensa, cur, in-
quam, non etiam Romanorum Episcoporum Pri-
matus, Auctoritas & Prærogativæ in Episcopos
Constantinopolitanos translatae sunt? Potuerunt
Imperatores Prærogativas Civiles Roma Con-
stantinopolim transferre; cur non etiam Prima-
tum Ecclesiasticum, si, ut Interpres noster insa-
nit, Episcopi Romani Primatus a Politico fasti-
gio

politianus sequatur. Addit Imperator: Sæculum VI.
Episcopo Justinianæ, Patriæ Nostræ, in A.C. 541.
Episcopos Daciæ, Praliæ, () Dardaniæ, ~~et~~*
Mæsiæ, Pannoniæ, tanquam Sacræ Sedis *Sup. lib.* XXXII.
Vicario secundum Vigili Papæ Decretum S. 48.
 competat. Omnibus aliis Ecclesiis sua
 Privilegia salva sint. Bona earum a Tri-
 butis

gio Civitatis illius ortum traxit? Scilicet, noluerunt Imperatores Episcopos Romanos Possessione Primatus exuere. At si tanta Possessionis fuit reverentia, cur ergo hoc Possessionis Jure Episcopos Alexandrinos & Antiochenos, etiam repugnantibus SS. Pontificibus, privare non dubitarunt? Itaque miserum plane est istud Protestantium argumentum, ex quo inferre conantur, Summi Pontificis Primatum & Potestatem Juris Divini non esse. Conspirant omnium SS. Patrum testimonia dicentium, non ideo Romanæ urbis Cathedram primam fuisse, quia in illa urbe Imperatores Sedem fixerunt aliquando, sed quia S. Petrus ibi sedit. Nec aliter in Sensu congruo Jesu Christi verba ad S. Petrum dicentis: *Et tu aliquando conversus confirma Fratres tuos*, Luc. 22. accipi possunt, nisi de S. Petri Successoribus Romanis Pontificibus, aliisque per orbem diffusis Episcopis, quos Fratres vocant, explicentur; quippe Apostoli ceteri æque ac S. Petrus a Jesu Christo instructi, & a Spiritu S. illustrati ejusmodi confirmatione non adeo indigebant.

(*) Quæ hæc Provincia fuerit, non facile divinari potest. Interpres Protestans, ut se cito expediret, hanc vocem omisit.

Sæculum VI. butis & exactionibus sordidis atque præ-
 A. C. 541. ter ordinem imperatis eximantur. Con-
 tra Ecclesias solum Præscriptio quadra-

c. 5.

ginta annorum valeat. Hæreditates aut
 Legata Deo vel JESU Christo relicta illius

c. 6.

Loci Ecclesiæ tribuantur. Episcopo com-

c. 9.

petat curare, ut pia Legata solvantur,

c. 11.

quæ Legi Falcidiæ subjecta non sint.

c. 12.

Hospitiorum Curatores, cum Tutoribus

c. 15.

æquali jure habeantur, & iisdem legibus

teneantur.

c. 4.

Hac Lege speciatim confirmantur Ec-

Ap. Jul.
ult. Const.

clesiæ Carthaginensis Privilegia, quibus

sicut etiam toti Provinciæ Africae favet

Justiniani Rescriptum eodem anno 541.

Regni ejus 15. datum, & ad Dacianum

Byzacenæ Metropolitam, & totam ejus

Synodum, quæ Episcopos duos Constan-

tinopolim delegaverat, directum. Anno

Leges.

sequente 542. alterum dedit Rescriptum,

quo omnes Concilii Africae Canones, non

obstantibus exemptionibus, quæ subre-

ptitie obtineri possent, confirmantur.

Hæc Rescripta solum annis Imperatoris

notantur, & nulla fit Consulum mentio;

nam ab anno 541. & Consulatu Basilii

ulterius continuus Consulum ordo non

invenitur. Itaque hic modus annos no-

tandi a Romanis in principio Reipubli-

cæ suæ introductus hoc tempore cessat,

& exinde anni Imperii cujuslibet Impe-

ratoris, & Indictiones numerantur.

Lex

Lex tertia anno 541. prima Maji data, & ad Petrum Prætorio Præfectum directa ceteris longior est, atque ea, quæ Lege 20. Febr. de Ordinationibus Episcoporum lata statuuntur, confirmantur. Tum adduntur sequentia. Episcopus triginta quinque annorum sit. Potest eligi Laicus ea conditione, ut ante suam Ordinationem per trimestre Clericus sit, quo tempore necessaria discat. Antea Canones annum integrum præscripserant. Si illi, quibus jus eligendi est, Decretum suum intra Semestre non offerant, Electio ad eum, cui Ordinatio competit, devolvatur. Qui contra has Leges ordinatus fuerit, Sede pellatur, uno anno interdicantur ei Sacra, & Bona ipsius Ecclesiæ ærario addicantur. Qui Episcopum electum per calumniam accusaverit, ex Provincia sui Domicilii proscribatur.

Simonia prohibetur, adjecta pœna, ut dans, accipiens & cooperans, deponatur, si Clerici sint, & pecunia data Ecclesiæ ærario inferatur. Si sint Laici, duplum Ecclesiæ solvant. Omnis pollicitatio hujusmodi nulla sit, &, quantum promissum fuerit, Ecclesiæ solvatur. Verumtamen pro Consecratione dare licet secundum antiquas consuetudines in hunc modum: Papa & quatuor Patriarchæ Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antioche-

Sæculum VI.

A.C. 541.

Nov. 123.

c. 1.

c. 2.

c. 2. 16.

c. 3.

Sæculum VI.
A. C. 541.

tiochenus, & Jerosolymitanus Episcopis & Clericis, quantum mos fert, dare poterunt, si modo datum viginti libras auri non excedat. Metropolitanæ aliique Episcopi centum Solidos pro Inauguratione publice dare poterunt, & trecentos Notariis aliisque Ministris ordinantis. Saltem pro modo Redituum Ecclesiæ aliquid secundum Legis constitutionem dare licet. Licet etiam Clericis juxta Consuetudinem dare Ministris Episcopi ipsos ordinantis, si modo hæc donatio Reditus ipsorum unius anni non superet. Ecce Annatarum originem! Episcopatus non solum a Servitute, sed etiam a Potestate Patria eximit.

Annatæ.

p. 4.

Episcopi & Monachi Tutores esse non possint. At Clerici & Presbyteri esse possint, si Tutelam sponte suscipiant. Clericis prohibetur, ne Villicationem aliave mandata suscipiant, aut quocunque Negotio temporali, nisi in causa Ecclesiarum, implicentur. Non licet Clericis ab Ecclesiis suis abesse, nisi Metropolitanæ sui Epistolas habeant, nec Constantinopolim absque Licentia Patriarchæ aut Imperatoris proficisci, nec ultra annum abesse. Secus Reditibus suis priventur, & deponantur. Non liceat Episcopis aut Clericis ludere, vel spectare lusus tabularum, id est, alearum. Nec Spectaculis adesse sub Interdicti triennis

c. 10.

pœna.

pœna. Nulli Clericorum liceat Ministerium suum dimittere, ut in Sæculo vivat; secus omni munere & Dignitate privetur, & Servitutibus civitatum subiciatur.

Sæculum VI.

A. C. 541.

c. 15.

§. VI.

Jurisdictio Ecclesiastica.

Episcopi compelli non possint, ut invitiquacunque in Causa coram Judicibus Sæcularibus se sistant. Si Episcopi ejusdem Provinciæ contendant, a Metropolitana in Synodo Episcoporum illius Provinciæ judicentur. Ab eo judicio ipsis ad Patriarcham & non ulterius appellare (*) liceat. Idem statuitur, si privatus Clericus, aut Laicus contra Episcopum suum Actionem moveat. Metropolita non nisi coram Patriarcha in Judicium vocari possit. Clerici & Monachi in causa civili primum coram Episcopo in Judicium vocentur, si Partes Judicio acquiescant, Judex illius loci, quod pronunciatum fuerit, exequatur. Si Pars una intra decem dies appellet, Judex Causam examinabit. Si Sententiam Episcopi confirmet, ulterius appellare non liceat. Si Sententiam

c. 22.

c. 21.

(*) Id accipiendum, salvo Jure Primatus Episcopi Romani; nam non nisi in Causis maximi momenti Romam appellare expediebat.

Sæculum VI. tiam Episcopi irritet, appellationi secundum
 A. C. 541. dum consuetudinem locus sit.

In Causis criminalibus Clerici vel coram Episcopo, vel coram Judice Sæculari, ita ut optio in potestate Actoris sit, accusari possint. Si Actor primum adierit tribunal Episcopi, postquam reus fuerit convictus, & depositus, eum Judex Sæcularis comprehendi jubeat, & secundum Leges judicabit. Si statim Judicem Actor adierit, postquam reus fuerit convictus, Judex Acta Episcopo communicet, qui si accusatum judicaverit esse convictum, eum deponat, & relinquat Judici secundum Leges puniendum. Si non crediderit convictum, degradationem differre poterit, accusatus in ordine suo manebit, & uterque tam Episcopus quam Judex causam ad Imperatorem referent. Hic concursus utriusque Jurisdictionis in causis criminalibus adnotari meretur. De causis vero Ecclesiasticis Judices Sæculares non cognoscant.

6. 23. Ecclesiarum œconomi, & Hospitiorum Curatores in Causa officiorum suorum ad tribunal Episcopi vocabuntur, & coram ipso rationem reddent. Iphis vero ab Episcopo ad Metropolitanam, aut a Metropolitana ad Patriarcham appellare liceat. Memoria retinendum, hos Oeconomos

nomos & Administratores fuisse Clericos. Sæculum VI.
 Episcopi Delegati & Ecclesiarum Apocri- A. C. 541.
 sarii in Judicium vocari non possint, Novellæ
 priusquam tota Legatione defuncti sint, Justiniani.
 secundum Privilegium competens omni- c. 25. 26.
 bus illis, qui negotia publica gerenda
 susceperunt. Monachi, & multo minus
 Moniales, e suis Monasteriis evocari non c. 27.
 possint, ut coram Judice stent, sed per
 Procuratorem causam suam defendant,
 quod alias apud Romanos solis absenti-
 bus erat permissum. Ceterum ex his vi-
 demus, Monachos pro civiliter mortuis
 non fuisse habitos. Expensarum Judi-
 cialium minor modus Clericis & Mona- c. 28.
 chis constituitur, atque in hoc loco spe-
 ciatim præscribitur. Laicis prohibetur c. 32.
 inter preces publicas procedere, nisi in-
 tersint Episcopi & Clerici, & nisi Eccle-
 siarum Cruces præferantur.

Reliqua hujus Legis ad Monachos Nov. 5.
 pertinent. Repetuntur ea, quæ Lege Sup. lib.
 data 19. Martii anno 535. statuta fuerant, XXXII.
 & adjiciuntur sequentia. c. 48.
 Conditio nu- c. 37.
 bendi aut Liberos generandi Legato, aut
 alterius generis Donationi addita, susce-
 ptione Clericatus, aut ingressu in Mona-
 sterium impleta censeatur. Ingressus in
 Religionem Matrimonium solvit absque c. 4.
 alio divortio. Nempe Divortium Legi-
 bus Civilibus erat permissum. Non li-
 ceat Parentibus liberos suos ex Mona-
 steriis

- Sæculum VI. steriis eripere, aut ea de causa, quod in-
 A. C. 541. gressi fuerint, Hæreditate privare. San-
 c. 41. ctimonialium vel Diaconissarum Raptore
 c. 43. res capite plectantur, & Bona eorum Ec-
 clesiæ vel Monasterio adjudicentur. Id
 jam Lege lata 17. Nov. 533. decretum
 fuerat. Tandem omnibus Sæcularibus,
 L. 54. c. de præsertim Mimis in Theatro ludentibus,
 Episc. prohibetur, ne vestem Monachorum ad
 excitandum spectatorum risum induant
 sub pœna Exilii, alteriusve pœnæ cor-
 poribus infligendæ.
 c. 44.

- Aliæ quoque Leges hujus anni 541.
 occurrunt, quæ aliquam cum Religione
 affinitatem habent; qualis illa est, quæ
 Nov. 169. uxores hæreticas suo privilegio privat,
 ne Dotis repetendæ causa aliis Mariti
 Creditoribus præferatur. Lege alia Hæ-
 Nov. 115. resis causis, ex quibus aliquis exhæreda-
 c. 3. s. 14. ri queat, accensetur. Alia Samaritanis
 potestas testandi, donandi, donatione
 acquirendi, & succedendi ab intestato
 Nov. 129. redditur. Atque hæc Gratia conceditur
 precibus Sergii Episcopi Cæsariensis in
 Palæstina; is enim eos reddito testimo-
 nio commendaverat, quod jam fidelius
 ac antea obedientiam Cæsareis mandatis
 Nov. 142. præstarent. Tandem legitur Lex seve-
 rissime & sub pœnis gravibus prohibens,
 ne homines castrentur, eosque omnes,
 qui hanc injuriam passi fuissent, liberos
 pronuz-

pronunciat; ideo enim evirabantur, ut Sæculum VI.
 majore pretio venundari possent. (*) A. C. 541.

§. VII.

Barbarorum Conversio.

Lex illa ansam præbuisse credi potest
 conversioni Abagum, Populi barbari Procop. IV.
 ad Caucasum habitantis, qui ad hæc us- Goth. c. 3.
 que tempora in Idololatria permanserat,
 Sylvas arboresque adorans. Solebant
 eorum Reges, si pueros formosos vide-
 rent, eos Parentibus suis surripere, ut eos
 exsectis virilibus venderent Romanis.
 Ipsos deinde parentes necari jubebant,
 ne possent injuriam acceptam vindicare.
 Cum Justinianus vetuisset, ne deinceps
 barbaræ crudelitati locus esset, tantam
 hac super re illi populi concepere læti-
 tiam, ut ad amplectendum Religionem
 Christianam adduci se sinerent. Impe-
 rator

Q 9 3

(*) In einer hier angehenkten Anmerkung be-
 zeuget der Deutsche Uebersetzer ein grosses Mißfallen
 über die Novellen des Justinianus. Es verräth
 sich, sagt er, ein eckelhaftes und unordentliches
 Geschwätz. Ja, ja! man findet nämlich darinn
 schöne Zeugnisse vom Ansehen der 4. allgemeinen
 Concilien, von dem Primat des Pabstes, von eini-
 ger Ausnahm der Geistlichen in Criminalsachen,
 von dem Ehrwürdigen Mönchsstande, und so darf
 man nicht lang fragen, warum diese Novellen unse-
 rem Uebersetzer so sehr mißfallen.

Sæculum VI. rator in illorum Regione Ecclesiam S. Vir-
 A. C. 541. ginis ædificari jussit, misitque Presbyte-
 ros, qui inscios erudirent.

Theoph. an.
 16. p. 118.

Justinianus ad Auxumitas quoque In-
 dos, seu potius Æthiopes, misit Presby-
 teros nata hac occasione: Mercatoribus
 Romanis ad Auxumitas proficiscentibus
 per Regionem *Hemiar*, seu Homerita-
 rum, in Arabia transeundum erat. Con-
 tigit, ut Rex illorum Damianus non nul-
 los horum Mercatorum interficeret, &
 res eorum Fisco suo addiceret, causatus,
 quod Judæos suæ Ditionis vexarent, oc-
 ciderentque. Hoc modo Auxumitis
 commercii libertas peribat. Ipsorum
 Rex Adad mittit qui de illata injuria
 apud Damianum quererentur; ad arma
 utrinque prorumpitur, atque in hoc Bel-
 lo Adad, qui sicut omnes alii suæ Gentis
 Judæus erat, voto se obstrinxit, Christiana
 Sacra suscepturum se, si Homeritas de-
 vinceret. Pugnavit, vicit, & capto Da-
 miano ipsius Regionem in suam potesta-
 tem redegit. Igitur postquam egisset
 Deo Gratias, ad Imperatorem Justinia-
 num misit, qui ab ipso Episcopum & Cle-
 ricos peterent; cupere se enim cum to-
 to populo in Fide edoceri. Jussit Impe-
 rator, ut ipsis Episcopus daretur, quem-
 cunque exoptassent. Legati, postquam
 satis virum idoneum perquisivissent, ele-
 gerunt Joannem Mansionarium Ecclesie
 S. Joan-

S. Joannis Alexandria virum pium, quem Sæculum VI. A. C. 542.
 continentia semper servata commenda-
 bat, annos natum sexaginta duos. Ipso
 itaque ad suos perducto, in Jesum Chri-
 stum credentes, omnes baptizati sunt.
 Id anno 16. Regni Justiniani Indictione Theoph.an. 15.
 quinta id est anno 542. factum. Eodem
 anno secunda Febr. prima vice Constan-
 tinopoli Festum Purificationis a Græcis
Hypapante dictum, id est Domini Nostri vid. Baron. Not. ad Martyr. 2. Febr.
 atque Simeonis & Annæ occursum, cele-
 bratum est. (*)

§. VIII.

Persæ Orientem depopulantur.

Interim Persæ Orientis Provincias de-
 vasta-
 Qq 4

(*) Absurdus admodum est hic in adjecta An-
 notatione Interpres Protestans, qui ludens in Ri-
 tus Candelarum in fine affert versus nescio cujus
 Noo-Georgi:

Mira est candelis istis & magna potestas.

--- ut jam non sit opus Christo committere
 cuncta.

Hodie quidem in Ecclesia Festo Purificationis
 Candelis benedicitur, at si tempestates terreant,
 accenditur Cereus Paschalis, & non aliunde quam
 a Jesu Christo Resurgente auxilium speramus.
 Quod autem Interpres noster putet, Catholicos
 his Cereis virtutem internam superstitione affin-
 gere, insignis ipsius stultitia est. Sed Beatam
 Virginem cultu congruo prosequi tam rationi
 quam Scripturæ est consentaneum.

Sæculum VI. vastabant. Rex Cosroës violata pace
 A.C. 542. in Romanorum terras anno 14. Justiniani
 id est 540. primo vere irrupit. Cepit,
Protop. II. evertitque Suram Civitatem in Euphra-
Perf. c. 5. tis littore positam; Candidus vero Epis-
 copus Sergiopoli in illa vicinia captivo-
 rum 12. millia redemit pollicitus se in-
 tra annum ducentas auri libras daturum,
 quod nisi præstitisset, deinde soluturum
 se duplum & Episcopatum dimissurum.
 Megas Episcopus Bereensis ad Cosroem
 missus nihil obtinuit. Hierapolis data
 pecunia hostium vim a mœnibus suis pro-
 hibuit. Berea deditioem fecit. Ephrem
 Patriarcha Antiochenus in Ciliciam fugit.
 Urbs ejus assultu capta, direpta, & in-
 censa, si Ecclesiam excipias, quæ caro re-
 dempta est. Tandem Romanorum Le-
 gati inierunt pudendam pacem, quæ non
 obstitit, quo minus, dum rati haberetur,
 Cosroes Daphne Ecclesiam S. Michaelis
 combureret. Ab Apamiensibus quoque,
 quo obtentu illorum Civitatem videndi
 venerat, grave redemptionis pretium
 exegit. Illic veræ Crucis Pars unius cu-
 biti in capsâ lignea auro gemmisque or-
 nata servabatur, cujus custodia tribus
 Presbyteris erat commissa. Hanc cives
 fortissimum mœnium suorum præsidium
 existimabant, & singulis annis constituta
 die publice ostendebatur. Cum igitur
 populus hic perfidiam Cosroes, urbi ipso-
 rum

c. 6.

c. 7.

c. 8. 9.

c. 10.

c. 11.

rum imminentis, formidaret, Thomam Sæculum VI.
A.C. 542.
Episcopum suum rogarunt, ut ipsis cru-
cem spectandam daret, quam ultima vi-
ce, priusquam morerentur, adorarent.
Tunc vero grande prodigium visum est.
Nam Episcopo revelatam Crucem per to-
tam Ecclesiam portante fulgor magnus in
laqueari conspectus est, qui Crucem quo-
cunque deferretur, secutus, ut recondita
fuit, disparuit. Evagr.hist.
IV. c. 26. Evagrius Historiæ Scri-
ptor se hoc Miraculum vidisse dicit, cum
in scholis infimis operam daret litteris, &
tunc forte cum parentibus suis illi com-
precationi interesset. (*) His subjungit,
quod Episcopum Thomam Crucem ge-
stantem ingens ignis secutus fuerit, qui
lucebat, & non urebat. Tandem hoc
miraculum in laqueari Ecclesiæ arte Pi-
ctoris

Qq 5

ctoris

(*) Eine kurze Anmerkung des Protestanten lautet also: Das Zeugniß Evagrii möchte wohl schwerlich eine strenge Prüfung aus- halten ob wohl nicht zu glauben steht, daß um eines offenbaren Aberglaubens willen Gott ein Wunderwerk werde gethan haben. Vielleicht ist es eine Parodie der Fabel *de Lumine S. Sepulchri*.

Ob hier das Zeugniß Evagrii eine strenge Prüfung aushalte oder nicht, daran ist wenig gelegen. Daß aber der Uebersetzer die Verehrung des Kreuzes einen offenbaren Aberglauben nennet, verräth er wiederum seine grosse Unwissenheit in der Gottes-
gelehr-

Sæculum VI. A. C. 542. toris fuisse memoriæ posteritatis confer-
vatum. Cosroes, præter pecuniæ vim
maximam, etiam Ecclesiæ Apamiensis
thesaurum pretiosissimum abstulit, nihil-
que nisi Crucis lignum ab Episcopo exo-
ratus ibi reliquit.

6. 12.

Cosroes pace jam inita tamen etiam
ab urbe Calcide pretium non exiguum
ad redimendam direptionem extorsit, &
trajecto Euphrate Edeffam obsidere con-
stituit, ut Christianorum mendacium con-
funderet dicentium, inexpugnabilem esse
ipforum urbem, quia Epistolam Jesu Chri-
sti ad Abgarum datam haberent. Verum
cum Rex iterato a via aberrasset, eam ur-
bem oppugnandi animum abjecit, con-
tensus ducentas libras auri recipere, ut
a populatione illius Regionis abstineret.
Post-

gelehrtheit. Die Verehrung des heil. Kreuzes ist
nicht etwan eine andächtige Uebung, welche in einem
Winkel der Christenheit entstanden, sondern die
ganze Kirche hat solche als löblich und nützlich an-
genommen, wie es aus den Kirchengeschichten dar-
gethan wird. Wäre es ein Aberglaube und Ab-
götterey gewesen, so könnte die Wahrheit der Wor-
te Jesu Christi & Portæ Inferi non prævalebunt
adversus eam Matth. 16. nicht bestehen. Wie sich
die Parodie der Fabel de Lumine S. Sepulchri,
welche kein Katholik jemal geglaubet, sondern nur
ein Betrug der Griechischen Schismaticer ist, hie-
her schicke, weiß ich nicht.

Postquam Justinianus datis litteris ratam pacem habuit, Cosroes ad sua viam re- mensus est; quia autem nihilominus Civitatem Daram obsidione cinxit, rupta esse pacis foedera, sentiens Justinianus revocavit ex Italia Belisarium, Persis clarissimum bello Ducem objecturus. Tum Antiochiam a Barbaris dirutam altera vice restauravit, sed murorum ambitum ad multo minus quam antea spatium rededit. Præter alia ædificia publica in nova Civitate duas amplas Ecclesias alteram Dei Matri, alteram S. Michaeli, item hospitium ægrotantibus viris separatim, fæminisque, & Peregrinis extruxit.

§. IX.

Totila coram S. Benedicto.

Belisario ab Italia absente, Gothorum Rem novus ipsorum Rex Totila restituit. Per Campaniam iter facientem cupiditate incessit videndi S. Benedictum, quem Prophetiæ Spiritu donatum fama acceperat. Igitur ad ipsius Monasterium se conferens, cum in via de industria substitisset, præmisit, qui Regem venire nunciarent. Tum S. Viri Spiritum experturus Scutariorum suorum aliquem, cui nomen Riggon, mittit. Hunc caligas suas vestesque Regias ex Purpura induere jubet, socios addit tres ex Proceribus, Vultium, Rudericum, & Blidinum, qui Regis lateri

Sæculum VI.

A. C. 542.

c. 13.

c. 14.

Procop. de ædif. II. c.

10.

Procop. III.

Goth. c. 2. 3.

&c.

Grego. II.

Dial. c. 14.

Sæculum VI.
A.C. 542. teri hæere consueverant, cum Scutariis & magno comitatu. Ubi Riggon Monasterium ingressus est, Benedictus, qui tunc sedebat, procul venientem vidit, statimque ut potuit exaudiri clamavit: *Fili mi! depone vestem, quam geris, nam tua non est.* Riggon timore percussus, quod tantæ Sanctitatis viro illudere voluisset, in terram se demisit. Ceteri quoque venerabundi procubuerunt, & propius ad S. Benedictum non ausi accedere, ad Regem suum redierunt, trepide narrantes, confestim simulationem patuisse.

Tunc Totila ad S. Virum accedens, quamprimum eum conspicere licuit, in pavimento se prostravit, non ausus propius accedere. S. Benedictus sedens ter compellavit, ut surgeret, & tandem recundantem ipse procedens e terra levavit, dixitque: *Multa mala facis, & multa fecisti. Cessa tandem, & ultra iniquus esse noli! urbem ingredieris, mare trajicies, & postquam annos novem regnaveris, decimo morieris.* Hæc omnia, ut S. Vir dixerat, suo tempore evenerunt. Perterritus Rex ipsius orationibus se commendans recessit, & exinde multam pristinae ferociae deposuit. Istud anno 542. contigerat. Haud diu postea Episcopus Canusinus Pietatis amator ideoque S. Benedicto carus, cum ad eum venisset, sermones serens de Totilæ victoriis, &
Roma-

Romanæ Civitati timens, dicebat: *Tan-* Sæculum VI.
tam Rex iste urbi inferet vastitatem, ut A. C. 542.
incolæ deinceps defuturi sint. Respondit
 ei S. Benedictus: *non Barbari Romanæ*
urbi ruinam afferent, sed tempestatibus,
delapsis fulminibus, & terræ motibus af-
figetur, & sicut arbor in sua radice
arescens, deficiet.

§. X.

S. Benedicti Miracula.

Vir nobilis nomine Theoprobus, quem 6. 17.
 S. Benedictus converterat, eique ad-
 modum familiaris quadam die ipsius Cel-
 lulam ingressus invenit amarissime flen-
 tem. Diu substitit, vidensque, quod
 nullus esset lacrymarum finis, eæque non
 ut alias præ spiritali orantis dulcedine,
 sed ex tristitia fluerent, causam quæsi-
 vit. Vir Sanctus respondit: *Totum hoc Mo-*
nasterium, quod ædificavi, & omnia quæ
Fratribus paravi, Dei Judicio Gentibus
tradita sunt, vix impetrare potui, ut ani-
mæ salventur. Istud post annos ferme
 quadraginta, quando Longobardi Mona-
 sterium Montis Cassini destruxerunt, im-
 pletum.

Præter Vaticinia S. Benedicti pluri-
 ma etiam narrantur Miracula. Inter alia
 istud legitur. 6. 32.
 Quadam die cum exiisset
 cum Fratribus in agris laboraturus, agri-
 cola aliquis dolore obrutus ad Monaste-
 rium

Sæculum VI. rium venit, ambobus brachiis portans fi-
A.C. 542. lii sui defuncti corpus, & petens ad Be-
 nedictum Patrem admitti. Responde-
 runt præsentés, ipsum in agros exiisse
 cum fratribus. Tum Rusticus corpore
 filii ante Monasterii januam projecto, ur-
 gente doloris vehementia, maxima ce-
 leritate cucurrit, ut S. Virum investiga-
 ret. Quamprimum eum conspexit, cla-
 mare cœpit: *redde mihi filium meum! fi-
 lium meum mihi redde!* S. Benedictus ste-
 tit, dixitque: *num ego tibi filium tuum
 rapui?* Respondit Rusticus: *mortuus est,
 veni, & resuscita eum!* Vir Sanctus au-
 ditis his verbis indoluit, & dixit: *recedi-
 te, Fratres! recedite, talia facere non
 est meum, sed SS. Apostolorum.* Verum
 afflictissimus Parens vehementius insta-
 bat, cum juramento affirmans, se non re-
 cessurum, nisi S. Abbas resuscitasset filium
 suum. S. Benedicto interrogante, ubi
 esset, *ecce!* inquit, *corpus ejus ante Mo-
 nasterii fores jacet.* Ubi Vir Sanctus illo
 pervenit, cum fratribus genua flexit, tum
 super pueri corpore incubuit, & surgens
 elevatis ad cœlum manibus dixit: *Do-
 mine! ne respicias peccata mea, sed fidem
 bujus hominis, (*) & redde corpusculo
 huic*

(*) Hier sieht man von wem der Heil. Vater
 Benedict und zwar in Ansehung des starken Glau-
 bens dieses Mannes die Wirkung eines Mirakels
 erwartete

buic animam, quam abstulisti. Vix ora-
tionem absolvit, cum videntibus cunctis
infantis corpus contremuit. S. Benedi-
ctus puerum manu apprehendit, vivum-
que & sanum reddidit Patri suo.

Sæculum VI.
A.C. 542.

§. XI.

S. Scholastica.

Sancto Benedicto Soror erat nomine
Scholastica, quæ a teneris annis to-
tam se Deo consecraverat, & tunc in Mo-
nasterio haud procul a Fratre degebat.
Ea solebat ad fratrem semel in anno invi-
sere, quam ipse in quodam loco prope
Monasterii sui januam recipiebat. Cum
igitur quadam die cum Discipulis suis
illo venisset, atque inter Laudes Divinas
ac sacra colloquia dies esset exacta, cum
Sorore cœnavit. Necdum remota mensa
& apperente nocte dixit Scholastica: *rogo*
te, ne me hac nocte deseras, sed de Cælesti-
bus Gaudiis usque mane colloquamur. Be-
nedictus respondit: *quid ais? Soror mea!*
extra cellam manere nullatenus possum.
Erat

erwartete. Zugleich erhellet es, wie unverschämte
der Uebersetzer den Heil. Benedictus kritisire im vo-
rigen Buch und 13. Abschnitt, als wenn er den jun-
gen Placidus schlecht belehret hätte. Allein dieser
Mensch hatte sich einmal vorgesezet, in seiner Ver-
sion die heiligsten Männer der Katholischen Kirche
einen nach dem andern zu beschimpfen.

Sæculum VI. Erat vero magna Cœli serenitas. Tunc
 A.C. 542. S. Scholastica in mensam inclinata & jun-

ctis manibus caput circumdans cum lacrymis oravit ad Deum. Cumque Caput levaret, simul micare fulgura, tonitrua audiri, & imber maximus ruere, ita ut nec S. Benedictus nec fratres, qui aderant, pedem extra limen domus efferre potuerint. Ergo S. Benedictus invitus mansit, & noctis tempus cum sorore de rebus spiritualibus colloquendo fefellit. Altera die ad Cellas suas redierunt. At ecce! elapso triduo S. Benedictus in Monasterio suo degens levatis oculis vidit Sororis suæ Animam in Columbæ specie Cœlum penetrare, & tantæ ejus Gloriæ congaudens Gratias Deo egit, mortem ipsius fratribus denunciavit, misitque, qui defunctæ Corpus ad Monasterium afferrent, in sepulchro, quod sibi ipsi præparaverat, deponendum, *ut eorum Corpora, inquit S. Gregorius, nec mors separet, quorum mens una semper in Deo fuerat.*

6. 34.

§. XII.

S. Benedicti obitus.

Sanctus Benedictus Sorori haud diu superstes fuit. Eodem quo mortuus est anno obitum suum quibusdam fratribus cum ipso versantibus prædixit, mandavitque, ut eam rem secretam tenerent. Aliis procul inde existentibus indicavit
 signa,

6. 37.

signa, quibus ipsius mortem cognosce-
rent. Sexto, priusquam obiret, die Se-
pulchrum aperiri iussit, statimque febrim
violenta corripitur, qua semper ingra-
vescente sexta die ad oratorium deferri vo-
luit, recepto Corpore & Sanguine Domi-
ni nostri ad ultimam luctam se compara-
vit, & elevatis in Cœlum oculis mani-
busque inter Discipulorum ipsum susti-
nentium manus orans Spiritum reddi-
dit. (*) Hæc devotio, qua mortem obi-
turus

Sæculum VI.
A. C. 542.

vid. Mabil.
Præf. Act.
n. 40.

(*) Ingentia plane sunt S. Patri Nostris in
omne Monachorum Genus Merita, quod eos ante
propemodum Acephalos scripta Regula Dis-
cretionis præcipua sub unum Institutum congre-
gaverit, ut majore concordia sicut Acies bene or-
dinata Deo & Ecclesiæ militare valerent. R. P.
Legipontius in Epistola anno 1754. typis edita ad
Eminentissimum Cardinalem Quirini satis firmis
Argumentis, præsertim ex Ratione petitis pro-
bat, S. Patri Nostro Benedicto mentem fuisse,
Hierarchiam omnium Monasteriorum sui Ordini
instituere, cujus Caput esset Abbas Cassinen-
sis, & sperat etiam, futurum, ut hæc Hierarchia
nostris diebus restituatur, dum sic loquitur:
*Istam vero Eminentia Prærogativam Cassinensi
Monasterio, ejusque Antistiti ab initio assertam,
sed tractu temporis, ut fieri assolet, non nihil
obscuratam, nostris demum diebus per Benedi-
ctum XIV. P. M. rursus in integrum veluti post-
luminio restituendam eo fidentius auguramur.*

Hist. Eccles. Tom. VII.

R r

qu

Sæculum VI. biturus in Ecclesiam deportari petiit, me-
A. C. 543. retur adnotari, & plura hujus rei exem-
 pla occurrunt. S. Benedictus obiit Sab-
 bato 21. Martii anno 543. in Vigilia Do-
 minicæ Passionis. Eadem die duobus
 Monachis, quorum alter in Monasterio
 erat, alter in loco remoto, eadem Vi-
 sio objecta. Viderunt viam palliis stra-
 tam innumeris facibus coruscantem, quæ
 ad Orientem a Monasterio usque ad Cœ-
 lum extendebatur. Aderat quoque vir
 venerabilis quærens, cui hæc via parata
 esset.

*quo magis in dies experimur, Nos reipsa habe-
 re Pontificem, qui sciat compati infirmitatibus
 nostris &c. Ad illud etiam, quod passim obji-
 ci solet, Singula O. S. B. Monasteria suum ha-
 bere Abbatem, sua jura & Bona inter se divi-
 sa, esseque ad invicem independentia, P. Legi-
 pontius respondet: Licet quilibet Episcopatus
 suum habeat Episcopum &c. Ecclesia ta-
 men universalis vere unum Corpus efficit, uni
 Supremo Capiti subiectum. Quid igitur vetat
 Ordinis S. Benedicti Cænobia quantumvis sin-
 gula & ab invicem discreta, atque independen-
 tia alio tamen respectu, sive simul sumta unum
 efficere corpus? Bonum quidem consilium!
 cujus vero eventus potius ad ordinem Rerum
 optandarum quam sperandarum pertinere vi-
 detur.*

Illud quoque in hoc loco notandum occurrit.
 Audias aliquos affirmantes, Regulam non obli-
 gare

effet. Iplis respondentibus se nescire, ^{Sæculum VI.}
 dixit: *Hæc est via, qua Dilectus Domini* ^{A.C. 543.}
Cælum Benedictus ascendit. Sepultus est
 in Oratorio S. Joannis Baptistæ, quod in
 loco aræ, olim Apollini Sacræ, ædifica-
 verat. Specus Sublacensis, in quo habi-
 taverat, non nullis editis ibi miraculis
 inclaruit.

§. XIII.

S. Maurus in Gallia.

A Sæculo IX. ab omnibus res constans
 habebatur, quemdam Episcopum Ce-
 R r 2 noma-

gare sub gravi; at non tantum minus Religiosa
 sed etiam minus vera ista opinio est, & facile de-
 monstratur, Regulam in materia gravi etiam sub
 gravi peccato obligare. Ut enim illam obliga-
 tionem silentio prætereamus, qua quisque illius
 Ordinis & Congregationis, de qua sustentatur &
 vivit, Statuta & Leges servare sub gravi pecca-
 to tenetur, illa Verba in Formula Professionis:
 promitto Stabilitatem & Conversionem morum
 meorum *secundum Regulam S. Benedicti*, sunt
 Promissio Deo facta, atque ideo voventem sub
 gravi certe obstringunt. Hanc veritatem etiam
 Praxis & communis Opinio Monasteriorum con-
 firmat, quæ Exemptionem a quibusdam Regulæ
 Statutis, puta, a Psalmodia nocturna, & Licen-
 tiam comedendi carnes a Summo Pontifice pe-
 tierunt, neutiquam vero talia proprio Arbitrio,
 quod utique potuissent, si Regula tantum sub le-
 vi obligaret, decreverunt.

Sæculum VI. nomanensem a S. Benedicto expetiisse, ut
 A. C. 543. quosdam ex Discipulis suis mitteret, qui
 in ipsius Diœcesi Monasterium fundarent.
 To. 1. Act. S. Benedictum ad eum misisse S. Maurum
 SS. Bened. S. Benedictum ad eum misisse S. Maurum
 Præf. 9. 5. cum Fausto & aliis tribus numero quin-
 & vit. S. que Monachis. Eos in via S. Benedicti
 Maur. pag. obitum comperisse, & cum Aureliam per-
 374. venissent, fama accepisse, etiam Epis-
 copum Cenomanensem, qui ipsos ad-
 vocaverat, fatis functum. At vero qui
 in Episcopatu successerat, non æque ac
 Antecessor ejus in Monachos affectus il-
 los suscipere respuebat. Interim aliquis
 Toparcha, nomine Florus, illis Fundum
 dedit, qui Glandifolium dicebatur, ad
 Ligerim in Diœcesi Andegavensi situm,
 ibique ædificavit Monasterium, quod in
 hanc usque diem manet. Quatuor in
 eo Monasterio erant Ecclesiæ, S. Martino,
 S. Petro, S. Severino, & S. Michaeli de-
 dicatæ. Has Dedicationses Eutropius
 Episcopus Andegavensis circa annum
 550. peregit. Florus in hoc Monaste-
 rio Bertulfum filium suum octennem Deo
 obtulit. Ipse quoque ibidem vitam Mo-
 nasticam amplexus, plures alios suo
 exemplo traxit. Præ ceteris quæ nar-
 rantur id exploratum habemus; Theo-
 deberti Regis ætate S. Maurum Diaco-
 num venisse in Diœcesin Andegavensem,
 ibi Monasterium Glandifoliense fundasse,
 quod postquam diu rexisset, Bertulfum
 Succes-

Successorem habuisse. S. Maurus circa Sæculam VI.
 annum 584. 15. Jan. ad Cœlestia transiit. A. C. 543.
 se creditur, qua die Ecclesia ejus Memo- Martyr. R.
 riam honorat. 15. Jan.

§. XIV.

S. Cæsarii Arelatensis obitus.

Sanctus Cæsarius Arelatensis anno supe- vit. Lib. 2.
 riore e vivis abierat, postquam rexif- n. 35.
 set illam Ecclesiam annos quadraginta.
 Ætatis vero annum septuagesimum se-
 cundum & plures attigit. Adeo infirma
 valetudine languebat, ut sæpe conspi-
 cientibus semimortuus videretur. Cum
 brevi moriturum se arbitraretur, quæsi-
 vit, quantum temporis usque ad Festum
 S. Augustini superesset, dixitque: *Spero*
in Dominum Nostrum, & credo diem obi-
tus mei a die, qua S. Augustinus ex hac
vita migravit, non multum distare; vos
enim scitis, quantum ipsius Doctrinam in-
tegrissime Catholicam semper amaverim.
 Tum S. Cæsarius ad Monasterium Virgi- n. 36.
 num, quod ante annos triginta fundave-
 rat, deferri se iussit, cum sciret, aman-
 tissimas fæminas ipsum amittendi metu
 consternatas nec cibum nec somnum sa-
 tis capere, & interrupta Psalmodia fre-
 quentissimos earum gemitus audiri. Quæ Sup. XXXI
 autem ad eas locutus est, non modo ni- S. 17.
 hil solatii attulerunt, sed auxerunt dolo-
 rem,

Rr 3 rem,

Sæculum VI. rem, quippe omnibus bonum Senem con-
A. C. 543. spicientibus constabat, statim esse moriturum. Ducentæ & ultra Moniales erant, habebantque Præpositam, quæ etiam Cæsaria sicut S. Cæsarii soror, cui successerat, vocabatur. Vir Sanctus eas hortatus est, ut
ap. Baron. Regulam, quam ipsis tradiderat, fideliter
an. 508. n. servarent. In suo autem Testamento,
 33. quod habemus, & in suis Epistolis eas Episcoporum Successorum suorum, Clericorum, Præfactorum, & Civium Benevolentia commendat, rogatque, ne quis faminis Deo dicatis adversetur.

Cum S. Cæsarius Virginibus suam Benedictionem fuisset impertitus, & ultimum valedixisset, ad Ecclesiam Metropolitanam reversus, inter manus Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum die tertia post Festum S. Genesii sexto Calendas Sept. in Vigilia Festi S. Augustini, altera post Dedicationem Monasterii sui die, nempe vigesima septima Aug. an. 542. beatam animam efflavit. Illico populus
 n. 37. in vestimenta defuncti, ut ea sibi servaret, irruit. Vix satis Presbyteri & Diaconi prohibere potuerunt, ne minutim dilacerarentur. S. Viri Reliquiæ plurimis ægrotis saluti fuere. Nam S. Cæsarius, qui adhuc vivus multis miraculis fulserat, etiam post mortem non minora pertravit. Omnis Conditionis hominibus, bonis, malisque, Christianis, atque Judæis,

dæis, Sancti Viri obitum lugentibus in Sæculum VI
 Ecclesia S. Mariæ, ubi Monialium sui Mo- A. C. 543.
 nasterii Sepultura erat, sepultus est. Sta- Act. SS.
 tim ipsius vita in duobus libris litteris Ben. p. 658.
 mandata est. Primus ad Abbatissam Cæ-
 sariam juniorem directus est, cujus Au-
 ctor principalis fuit Cyprianus Episcopus
 Teloniensis, nam & alii duo Episcopi Fir-
 minus & Viventius operam contulerunt.
 Liber secundus Messianum Presbyterum,
 & Stephanum Diaconum Auctores habet.
 Omnes hi Scriptores S. Cæsarii Discipuli,
 ejusque eximiæ Virtutis & Miraculorum
 testes præsentis fuere.

Narrant, quod singulis annis quibus- vit. S. Cæs.
 dam diebus oleo benedixerit in Baptiste- Lib. 2. n. 13.
 rio, atque infantes utriusque sexus, a
 parentibus missi, Viro Sancto vasa aqua
 vel oleo plena certatim obtulerint, ut iis
 benediceret. Hoc oleum morbis curan-
 dis adhibitum fuisse creditur. Iidem
 Scriptores litteris consignarunt, cuidam Præf. to. I.
 Clerico commissum munus fuisse, ut ba- Act. n. 101.
 culum pastoralem Episcopi gestaret, at- Vita lib. 2.
 que id officii Notariis fuisse injunctum. n. 17.
 Ab aliis Scriptoribus discimus, morem vit. S. Samf.
 fuisse, ut Episcopis Crux benedicta auro lib. 2. n. 10.
 argentoque cælata præferretur, qui honor
 hodie solis Archiepiscopis competit. (*)

Rr 4

§. XV.

(*) Die Sucht, Anmerkungen zu machen, ver-
 läßt

Sæculum VI.

A. C. 543.

§. XV.

Concilium Aurelianense quartum.

to. 5. p. 380.

Sup. lib.
XXVIII.

§. 51.

Beda de
temp. rat.

c. 49.

c. 2.

Cyprianus Episcopus Teloniensis interfuerat Concilio Aurelianensi quarto, quod annis tribus post Concilium Superius Basilio Consule Indictione quarta id est anno 541. celebratum. In hac Synodo triginta & octo Canones conditi sunt. In primo præcipitur, ut Dies Paschalis secundum Tabulam Victorii celebraretur; eam Episcopus singulis annis in Festo Epiphaniæ populo denunciaret, & si quod dubium suboriatur, Metropolitanæ Sacram Sedem consulant. Nihilominus post non multum temporis Victor Capuanus demonstravit, Victorium in computandis annis errasse. Omnes Episcopi curent Quadragesimam æqualiter observari. Non in uno loco prius quam in alio jejunare incipiant. Nec jejunium Sabbatinum tollatur. Inde conjectura est, aliquos consuetudinem Græcorum secutos, Sabato

läßt unsern Uebersetzer noch nicht. Hier haben wir eine kurze, deren letztere Worte sind: theils auch sein Testamentum (des Cæsarius) das von verschiedenen Papistischen Gelehrten aufgesetzt worden. Wenn es keine Papistische Gelehrte gäbe, was würde dieser Lutherische Halbgelehrte zu übersetzen gehabt haben? Obwohl er mit dieser Arbeit das trockene Brod nicht verdienet.

bato non jejunasse, & Quadragesimæ die Sæculum VI.
 Lunæ post Dominicam Quinquagesimæ A. C. 543.
 initium dedisse. Episcopus in illa Eccle-
 sia, cujus Regimen ipsi destinatur, aut c. 5.
 saltem præsentē Metropolitā, & in illa c. 7.
 Provincia, ordinetur. Nobiles in Ora-
 toriis Prædiorum suorum non alios Cle-
 ricos, quam ab Episcopo approbatos, con-
 stituant, nec eos prohibeant illa Ministe-
 ria Ecclesiæ præstare, quæ debent. Qui c. 26.
 in fundis suis Parochiam fundare volue-
 rit, sufficientes Reditus & Clericos, qui
 ministrent, suppeditet. Ecce iterum Ju-
 ris Patronatus originem. Plures Cano-
 nes in hoc Concilio conditi, quibus pro-
 hibetur Laicis, ne Bona Ecclesiæ donata c. 14. 19.
 rapiant, & Clericis, ne illa alienent. c. 11. 18. 25.
 Unde inferendum, illos abusus fuisse fre-
 quentes. Servi Ecclesiarum, aut Episcopo-
 rum non rapiant, nec captivos sibi subji-
 ciant, cum Domini illorum soleant capti-
 vos redimere. Salva esse jura Asyli ju-
 bentur; sed non sint Refugium Servis c. 23.
 Matrimonia illegitima contrahentibus. c. 21.
 Judicibus prohibetur, ne Clericis onera c. 24.
 publica, præsertim tutelam, Episcopis, c. 13.
 Presbyteris & Diaconis imponant. Ju-
 dices Sæculares non cognoscant de Cau-
 sis Clericorum etiam contra Laicos, nec c. 20.
 ullam Jurisdictionem sine data Episcopi
 vel Præpositi facultate in eos exerçant.
 E contra Clerici, si a Præposito suo Eccle-
 siastico

Canones.

R r 5

siaftico

Sæculum VI. siastico citentur, optima fide & sine o-
 A. C. 543. mni fraude respondeant.

c. 12.

Si qui Episcopi in aliqua Cauſa tem-
 porali diſſentiant, a Confratribus per lit-
 teras moneantur, ut tranſigant, vel Ar-
 bitros ſibi deligant. Si lis ultra annum
 protracta fuerit, ille, cujus culpa id fit,
 Communione Confratrum priuetur. (*)

Disciplina iſtorum Canonum a Disci-
 plina Eccleſiarum Orientalium, quam in
 Legibus Juſtiniani obſervavimus, non
 multum abhorret.

c. 15. 16.

Prohibentur ea omnia, quæ de veteri
 Idololatria reſtabant, qualia ſunt, Carnes
 immolatas manducare, aut jurare per
 caput quorundam brutorum. Homici-
 da, qui Vindictam publicam effugerit,
 nihilominus Pœnitentiam ſubire jubea-
 tur.

c. 28.

Hos Canones ſua ſubſcriptione con-
 firmarunt Episcopi præſentes triginta o-
 cto, & nomine abſentium Presbyteri un-
 decim & unus Abbas, nempe, Amphi-
 lochus Amelii Episcopi Pariſienſis Lega-
 tus. Hi Episcopi ex omnibus tribus
 Franciæ Regnis, & omnibus Galliarum
 Provinciis, excepta Narbonenſi prima,
 quam Gothi adhucdum tenebant, con-
 gregati

(*) Exemplum Excommunicationis, quæ a
 parte Eccleſiæ, & non a tota ſeparabat. Saltem
 ſic videtur.

gregati erant. Aderant in hoc Concilio Episcopi ex quinque Provinciis Lugdunensibus, duabus Viennensibus, tribus Aquitanicis, ex Alpibus Græcis, ex Alpibus maritimis, secunda Narbonensi. Præerat Leontius Burdegalensis, quem tres alii Metropolitæ, Aspasius Augustanus Aufcionensis, Flavius Rothomagensis, Injurius Turonensis sequebantur. Episcopi ceteris magis noti fuere S. Gallus Claromontanus, S. Dalmatius Segedunensis, quem Charitas in pauperes, abstinencia, & assiduum orationis studium, commendabant, S. Eleutherius Antissiodorensis, S. Innocentius Cenomanensis, S. Agricola Catalaunensis, & S. Firminus Ucetienensis. S. Arcadius Archiepiscopus Bituricensis, Mandatarium misit; ipse enim decumbebat morbo, ex quo obiit prima Aug. ejusdem anni 541. Ei successit Desiderius cognomento Theodulus. Marcus Episcopus Aurelianensis subscripsit ultimus.

§. XVI.

Episcopatus Melodunensis.

Sanctus Leo Archiepiscopus Senonensis huic Concilio non interfuit, quod Regis Childeberti Gratia, dum Ecclesiæ suæ jura propugnat, excidisset. Civitas Senonensis in Regno Theodeberti sita erat, & Melodunensis in Regno Childeberti, qui

Sæculum VI.

A.C. 543.

Saeculum VI. qui eam a Diœcesi Senonensi avellere,
A. C. 543. ibique Episcopatum erigere volebat. Hac
 super re ad Leonem Archiepiscopum lit-
 teras dederat, ipsum invitans, ut veni-
 ret, & Meloduni Episcopum, quem po-
 puli preces exoptarent, ordinaret, aut
 saltem, ut aliquis ordinaretur, consenti-
 ret. Leo respondit: *Miror, quod istud*
to. 5. Conc. a me exigas sine mandato Theodeberti Re-
p. 377. *gis, cui subditus sum, & eo magis, quod*
nova hæc esset verum mutatio. Videris
velle mihi exprobrare negligentiam, ac si
istam Diœcesis meæ partem minus cura-
rem ac ceteras. Hinc protestor contra
cujuscunque Episcopi molimina, adversus
Canones quidquam ausuri. In Synodo fa-
cti rationem reddere cogetur. Tu impo-
tius esset, utpote Regis Christiani, pacem
inter Episcopos, atque inter Pastores po-
pulosque fideles fovere. Si populus iste
Episcopum sibi dari postulat, quia eum
jam a longo tempore nec per me ipsum nec
per alium visitavi, respondeo, id culpa
mea non omissum; nec enim senectus aut
invaletudo ab hoc officio me retardasset,
nisi tuo imperio mihi via præclusa fuisset.
Si vero me invito Episcopum Meloduni
ordinari jusseris, scias, tam Ordinantem,
quam Ordinatum a nostra Communione
separandos, donec Papa, vel Concilium hac
super re pronunciaverit. Leo breve post
tempus vita excessit, cujus Nomen Ec-
clesia

clesia 22. Apr. celebrat. Ipsi in Episco-
patu Constitutus successit.

Sæculum VI.

A. C. 543.

§. XVII.

Mart. Rom.

22. Apr.

Vigilii Papæ Epistolæ ad Auxaniam.

Sancto Cæsario in Cathedra Arelatensi *Vigil. ep. 6.*
successit Presbyter Auxanius, qui *to. 5. p. 319.*
postquam fuisset ordinatus, Joanne Pres-
bytero, & Teredo Diacono Romam mis-
sis, Vigilium Papam suæ Electionis cer-
tiores fecit, & Pallium petiit. Papa
antequam id concederet, Imperatoris
consensum expectavit, quod ex ipsius
Responforiis 18. Octobr. anno 543. da-
tis cognoscitur. Elapsis deinde decem
& octo Mensibus, acceptis Regis Chil-
deberti mandatis, & Imperatoris consen-
su, nempe opera Belisarii, Auxanio re-
scripsit. Ipsum in Galliis Vicarium suum
constituebat, & dabat potestatem exa-
minandi judicandique Episcoporum Cau-
sas, adhibito ad consilium Episcoporum
congruo numero, ita tamen, ut Quæ-
stiones Fidei & Causas graviores post
exactam in ipsis locis inquisitionem Sa-
cræ Sedi definiendas relinqueret. Mo-
net, ut pro Imperatore Justiniano, Theo-
dora Imperatrice, & Belisario Patricio
oret, atque ad conservandam pacem in-
ter Imperatorem & Childebertum Re-
gena

Ep. 7.

Sæculum VI. gem operam conferat. Tandem usum
A. C. 544. Pallii, quemadmodum Symmachus Papa
 Antecessori ejus concesserat, indulget.
 Simul ad Episcopos Galliæ Childeberto
 Regi subjectos, & ad illos, qui Episco-
 pos Arelatenses pro consuetudine ordi-
 nabant, Epistolas dedit, exhortans, ut
 Auxanium Vicarium suum recipiant, ei
 obediant, & ab eo litteras formatas, iter
 longius suscepturi, acciperent. Hæ duæ
 Epistolæ 22. Maji anno 545. datæ. Au-
 xanius haud diu postea decessit, & Aure-
 liano in Episcopum Arelatensem ordina-
 to Vigilus Papa ad Regis Childeberti
 testimonium, & cum Imperatoris consen-
 su eandem Potestatem iisdem conditioni-
 bus tribuit. Id ex Epistolis Papæ ad ipsum
 & Episcopos Galliæ 23. Aug. anno sequen-
 te 546. datis liquet.

§. XVIII.

Aratoris Poëma.

*Insc. in fin.
 to. 8. bibl.
 PP. p. 700.*

Vigilio Papæ Arator suum Poëma de
 Actis Apostolorum Versibus Hexame-
 tris concinnatum & in duos Libros divi-
 sum obtulit. Arator olim Comes Do-
 mesticorum, seu Prætorianorum Centu-
 rio, & Comes Rerum privatarum id est
 prædiis Imperatoris Præfectus, relicto
 Mundo tunc Ecclesiæ Romanæ Subdiaco-
 nus erat. Poëma istud Vigilio Papæ
 sexta Aprilis, tertio post Basilii Consula-
 tum

tum anno, Indictione septima, id est, an- Sæculum VI.
A. C. 544.
no 544. in Presbyterio ante Confessionem
S. Petri, nempe, in Sanctuario Ecclesiæ
Vaticani, præsentem Clericorum Romano-
rum majore Parte tradidit. Papa, cum
statim aliquam Versuum partem legi jus-
sisset, hoc opus Surgentio Notariorum
Primicerio in Tabularium Ecclesiæ depo-
nendum dedit. Verum omnes, quot-
quot erant Romæ, litterarum amantes
Papam rogarunt, ut illud publice reci-
tari præciperet. Mandavit, ut hæc Le-
ctio in Ecclesia S. Petri ad vincula fieret.
Tunc igitur maxima multitudine Eccle-
siasticorum, Laicorum, Nobilium & Po-
puli confluente, ipse Arator Carmen
suum quatuor diebus recitavit, quippe
Auditores hac Lectione adeo capiebantur,
ut eosdem Versus repetere sæpius
cogeretur. Hinc singulis diebus non
ultra mediam operis partem legere po-
tuit. Hic videmus vestigia veteris illius
Romanorum moris sub primis Imperato-
ribus, ut Scriptores præsertim Poëtæ in-
genii sui monumenta publice recita-
rent.

§. XIX.

S. Cerbo.

Sub idem tempus Totila Urbi obsidio- Procop. III.
Goth. c. 9.
nem minitante, quam etiam postea
molitus est, qui intus copiis præerant,
omnes

Sæculum VI. omnes Arianorum Clericos ejecerunt,
A. C. 545. nam eos cum Gothis, eandem Religio-

nem profitentibus, consilia communica-
 re suspicabantur. Imperator vero Justi-
 nianus, comperto, quanto successu To-
 tila arma circumferret, permotus est, ut
 Belisarium anno hujus belli decimo, nem-
 pe 545. in Italiam redire juberet. Id

Præfat.

auxilii Romanis Vigilium Papam con-
 tulisse, Arator testatum facit. S. Cerbo
 Episcopus Populonii Civitatis in ora Thu-
 sciaë maritima, cujus hodie vix rudera
 supersunt, vir maximam curam peregrini-
 norum gerens, aliquot Romanos milites
 susceperat. Viri Misericordia, barbari
 Regis animum irritavit. In castra, quæ

Greg. III.
Dial. c. II.

octavo ab urbe milliario, posuerat, ad-
 duci jussum, ut lætum populo spectaculum
 daret, Ursis devorandum projicere
 statuit. Maximus populi conventus
 fuit, ipso etiam Rege præsentate. Deligi-
 tur Ursus ceteris ferocior, cavea emit-
 titur, in Episcopum prorumpit. At sub-
 bito demisso capite pedes ejus lambere
 cœpit. Obstupescit populus, exclamat.
 Rex ipse S. Episcopi Reverentia motus,
 liberum dimisit. S. Gregorius exinde
 hoc Prodigium narrabat, prout ab illis,
 qui rei adfuerant, audiverat.

Pelagius Diaconus circa idem tem-
 pus Constantinopoli rediit, postquam ibi
 diu tanquam Ecclesiæ Romanæ Apocri-
 siarius

siarius commoratus fuisset. Is sibi Justiniani Imperatoris favorem conciliaverat, & magnas Romam divitias retulit. Pelagio absente Theodorus Cæsariensis negotio gerendo tempus delegisse creditur, ut damnatum Origenem trium Capitulorum condemnatione ulcisceretur. Sed antequam id explicemus, quæ interea in Oriente hac super re gesta sunt, referri oportet.

Sæculum VI.

A. C. 545.

Procop. III.

Goth. c. 16.

Sup. n. 17.

§. XX.

Origenistarum in Palæstina motus.

Postquam Justiniani Edictum contra Origenem Jerosolymam allatum est, omnes Episcopi Palæstinæ, & omnes Desertii Abbates subscripserunt; quod Nonnum aliosque suæ factionis adeo irritavit, ut a Communione Catholicorum recederent, ex Nova Laura S. Sabæ exirent, & in campo morarentur. Theodorus ex Cappadocia, qui Constantinopoli versabatur, hoc comperto, vocatis ad se Apocrisiariis Jerosolymitanis, ira exardens dixit: *Nisi Patriarcha Petrus his Patribus satisfaciat, & in eorum Lauram reducat, ipsum ego Sede sua pellam.* Interim Nonnus ejusque sequaces eodem Theodoro instigante Patriarchæ scripserunt in hunc modum: *Sanctitatem tuam supplices rogamus, ut amore nostri, & in solatium animarum nostrarum verbis gestis.*

Sup. n. 4.

vit. S. Sabæ.

n. 86. p. 366.

p. 367.

Hist. Eccles. Tom. VII.

S s

neva-

Sæculum VI. *neralibus edicas; omne Anathema, quod*
A.C.545. *Deo displicet, nullius esse roboris, in No-*
mine Patris & Filii & Spiritus S.

Patriarcha non quidem statim adduci potuit, ut ejusmodi Declarationem daret, quod illegitimam & seditiosam existimaret. Verum Theodori Versutiam reformidans, ut consilio capiendò tempus lucraretur, Nonno & sociis ejus accersitis, clam ceteris omnibus, illud, quod volebant, declaravit. Ipsi ad Novam Lauram redeuntes acerbum in Patres majoris Lauræ S. Sabæ animum neutiquam deposuerunt.

Mox crescente audacia Errores suos, nempe Origenis Hæresin, publice & in diversis ædibus prædicarunt. Varios Patres Majoris Lauræ persequendi prætextus quærebant. Si quem Monachum Orthodoxum Jerosolymæ viderent, Sabaitam appellabant, per subornatos viros sæculares verberari, & urbe ejici jubebant. In Jordanis ripa Monachi quidam Bessi ex Thracia ortum ducentes habitabant. Hi pio zelo accensi Jerosolymam accurrunt ad Catholicorum auxilium. Tunc vero Seditiosi in pugnas & vim apertam eruperunt. Cum Catholici in Magnæ Lauræ Hospitium securitatis causa se recepissent, eorum hostes furore incitati adsunt, omnes trucidaturi. Quia vero clausis januis ab ingres-

p.368.

su arcebantur, fenestras perfringunt, & Sæculum VI.
A. C. 545.
injecto saxorum grandine illos, qui intus erant, insectantur. Tandem Bessorum unus, cui nomen Theodulus, arrepta pala, quam fors obtulit, eruptionem in aggressores facit, & solus omnes, quamvis numero ferme trecenti essent, in fugam vertit; cavebat tamen, ne quemquam eorum vulneraret. Verum fortissimus pugil saxo ictus post paucos dies animam reddidit.

Ut tantis malis remedium quærent, Majoris Lauræ Patres Gelasium Abbatem suum rogarunt; Constantinopolim iret, & Imperatorem, quæ agerentur, edoceret. Is itineri accinctus, omnibus in Ecclesiam convocatis, ait: *Patres mei! quæ mihi in hoc itinere obventura sint, nescio, sed rogo vos, ut neminem illorum vobiscum versari patiamini, qui Theodorum Mopsuestenum sequuntur, nam Hæreticus est. Memoria bene teneo, ipsum æque ac Origenem S. Patri nostræ Sabæ horrore fuisse. Penitet me admodum, quod Libello Patriarchæ jussu in Deserto conscripto, & cavente, ne Theodorus anathematizaretur, subscripserim. Attamen Deus, cui Ecclesia sua curæ est, prohibuit, ne Libellus reciperetur, voluitque, ut Theodorus damnaretur.*

Ubi Gelasius Abbas Constantinopolim pervenit, illico ipsius adventum Theodorus

n. 87.

Origenistæ.

p. 369.

Sæculum VI. dorus Cæsariensis comperit, statimque ubi-
 A. C. 545. bique mandata delata sunt, ne quis Mo-
 nachus, qui ab Jerosolyma veniret, vel
 in Hospitio Orphanorum, vel in ædibus
 Patriarchæ, vel in Regia, susciperetur.
 Gelasius cum ubique videret sibi aditum
 obstrui, timens Theodori Potentiam,
 Constantinopoli excessit, via terrestri in
 Palæstinam rediturus. Ecce vero, dum
 Amorium, Civitatem Phrygiæ attigit,
 ibidem Mense Octobri Indictione nona
 id est anno 545. diem clausit. Id post-
 quam ad notitiam Patrum majoris Lau-
 ræ delatum, Jerosolymam iverunt, ut a
 Petro Patriarcha peterent, Abbatem sibi
 ordinari. Verum Petrus, cum Profe-
 ctionem Constantinopolim suscepisset, a
 Theodoro Cappadociæ coactus est Pe-
 trum Alexandrinum, & Joannem cogno-
 mento rotundum, Cellularios accipere.
 Hi Patres Magnæ Lauræ e Domo Epis-
 copali Jerosolymitana probrose ejectos
 re infecta reverti compulerunt. Tunc
 vero Monachi omnes ad Origenistas de-
 fecerunt. Aliquos necessitas, hos adu-
 latio, alios timor, alios ignorantia abstra-
 xit. Sola Hæreticis obsistebat Magna
 Laura, sed ut hanc quoque in suas par-
 tes pertraherent nullum non lapidem
 movebant. Tandem illius loci Abba-
 tem elegerunt quemdam Georgium no-
 mine, Origenistam, eumque in possessio-
 nem

p. 370.

n. 88.

nem Sedis S. Sabæ armata manu immiserunt. Sed multi Patres in diversa sparsi. Sæculum VI.
A. C. 545.
S. Joannes Silentarius Cellula sua, qua inclusus erat, egressus in montem Olivarum se contulit, quem plures alii secuti. Eadem die, qua ipsi expellebantur, Nonnus subita morte e vivis raptus est.

§. XXI.

Justinianus tria Capitula damnat.

In his rerum articulis Theodorus Cappadox, cum maximam potentiam in Aula Cæsarea, præsertim post abitum Pelagii Legati, adeptus esset, damnatum Origenem vindicare, simulque Concilii Calcedonensis Auctoritatem imminuere aggressus est. Itaque eo animum adiecit, ut non quiesceret, donec damnaretur Theodorus Mopsuestenus, qui multa adversus Origenem scripserat, & aliunde a Concilio approbatus videbatur. Eo Consilio Theodorus Cappadox utriusque Officio, nam Origenista erat & Acephalus, faciebat satis, & sequebatur novissimum exemplum mortuos damnandi, postquam nuper Origenes damnatus fuisset. Hinc videns Imperatorem Justinianum contra Acephalos scribere, (*) ut

*Lib. brev.
c. 24.*

S s 3 Con-

(*) Imperatoris fuisset contra hostes Reipublicæ, & Ecclesiæ gladium stringere non calamum

Sæculum VI. A. C. 546. Concilium Calcedonense defenderet, venit ad eum cum Sectatoribus suis, qui sub falso Catholicorum nomine Schismaticis, instigante Theodora Imperatrice, favebant, aitque ad Principem: *Inutili scriptione fatigaris, cum tibi multo brevior via sit, qua omnes Acephalos ad unitatem reducas. Nulla alia re offenduntur, quam quod Concilium Calcedonense Laudes Theodori Mopsuesteni receperit, & Epistolam Ibae, quæ omnino Nestoriana est, Orthodoxam declaraverit. Si Theodorus & libri ejus, atque Ibae Epistola damnentur, Concilium legitimatum & emendatum credent, integrum recipient, Pietas Tua facili negotio discordes Ecclesiae reconciliabit. Denique hoc facto immortalẽ Tuo Nomini Gloriam paries.*

Imperator, cui Acephalorum fraudes non suboluere, benignas aures præbuit, promisitque, se facturum, quod petebant. Igitur Principem rogant, ut Rescriptum vulgaret, quo tria Capitula, id est, Libri Theodori Mopsuesteni, Epistola Ibae, & Opus Theodoretĩ adversus duodecim S. Cyrilli Anathematismos damnaren-

mum. Occamus ad Imperatorem Ludovicum Bavarum Fundatorem Monasterii nostri apposite dixisse narratur: *Defende tu me gladio, & ego te defendam calamo.*

mnarentur. Hoc modo Imperatorem in casses pertrahere conabantur, prævidebant enim, si modo Rescriptum edidisset, quod orbi notum fieret, pudorem ipsum prohibitorium, ne retractaret opus suum, & ita Edictum fore irrevocabile, quia rem periculo plenam timebant, si quis esset, qui Principem errorem dedoceret, & dolos manifestaret. Ergo Justinianus Imperator dimisso opere, quod contra Acephalos scribere exorsus fuerat, aliud ad damnanda tria Capitula composuit, seu verius id Theodorus Capadox præfixo Imperatoris Nomine conscripsit. Habet vero istud scriptum formam Edicti seu Epistolæ ad universam Ecclesiam directæ, & Titulum gerit: *to. 5. Conc. Confessio Fidei.* p. 683.

Sæculum VI.
A. C. 546.

Tria Capitula

Revera Imperator initio exponit Fidem suam de Trinitate, deinde de Incarnatione, in quo Articulo fusior est, & explicat S. Cyrilli propositionem: *Una Natura incarnata.* Tum quatuor Concilia Generalia se recipere profitetur, & adjungit 13. Anathematismos, quorum decem priores nil nisi Doctrinam Catholicam continent de Incarnatione, sed tres posteriores explicite tria Capitula damnant in hunc modum: *Si quis defendat Theodorum Mopsuestenum, eumque, Libros, & Sectatores ejus non anathematizet, Anathema sit! Si quis defendat Li-*

p. 690.

p. 702.

p. 703.

p. 706.

Ss 4

bros

Sæculum VI. *bros Theodoretii in Defensionem Nestorii*
 A. C. 546. *contra duodecim Articulos S. Cyrilli scri-*
 p. 707. *ptos, si quis eos laudet, & non anathematizet, Anathema sit! Si quis defendat Epistolam impiam, quam Ibas ad Marim Persam Hæreticum scripsisse dicitur, si quis eam defendat totam, vel partem illius, & eam non anathematizet, Anathema sit!* in quolibet istorum Articulorum exponuntur præcipui errores, quorum Theodorus, Theodoretus, & Ibas insimulantur.

p. 714. Deinde Imperator quibusdam objectionibus respondet; scilicet Concilio Calcedonensi Epistolam Ibæ fuisse probatam. Theodori Mopsuesteni errores damnari posse non damnata ipsius Persona. Tandem defunctos non esse condemnandos; quod fusissime tractat. In conclusione dicit; Si quis hanc Doctrinam non amplectatur, in Judicio Divino rationem redditurum. Itaque hoc Rescriptum Epistolæ Dogmaticæ similis est, quam Legi. Dies addita nulla est, sed omnes conveniunt, anno 546. fuisse promulgatum.

§. XXII.

Episcopi subscribunt.

Imperator datis ad omnes Episcopos literis acriter instabat, ut Edicto tria Capitula damnanti subscriberent. Pri-
 mus

mus omnium Mennas Patriarcha Constantinopolitanus statim quidem subscribere renuit, dicens, id Concilio Calcedonensi adversari. Nihilominus subscripsit. Stephanus Diaconus & Legatus Ecclesiæ Romanæ Constantinopoli præfens, qui Pelagio successerat, Mennæ inconstantiam exprobravit, cum promississet, nihil se sine Sanctæ Sedis consensu facturum. Respondit Mennas, ea tantum conditione se subscripsisse, ut si id Episcopo Romano non probaretur, suum Chirographum redderent, quod etiam jurato sibi promississent. Hoc non obstante Stephanus Diaconus a Communione Mennæ recessit, eosque, qui cum Menna communicaverant, non prius recepit, quam Pœnitentiam egissent. Dacius Mediolanensis & plures alii Episcopi, qui tunc Constantinopoli versabantur, nec non magnus Catholicorum numerus a Communione Mennæ se separarunt. Zoilus Patriarcha Alexandrinus Condemnationi trium Capitulorum subscripsit. Ephrem Antiochenus accepto subscribendi Mandato obedire detrectavit, sed postquam comminati fuissent, eum Sede sua dejicere, victas manus dedit. Petrus Jerosolymitanus coram magna Monachorum multitudine, quæ ad eum confluerat, addito juramento edixit, si quis huic novo Decreto consentiret,

Sæculum VI.
A. C. 546.

Facund IV.
c. 4. Viç.

Tun. an.

549.

Facund. IV.
c. 3.

Id. cont.

Moc. p. 575.

IV. c. 4. p.

171.

Sæculum VI. ret, eum Concilio Calcedonensi refragari; & tamen etiam ipse, sicut alii, consensit.

A.C. 546. Multi Episcopi protestabantur contra subscriptionem, quam Mennas Constantinopolitanus ab ipsis extorquebat, quod Concilio esset contraria, atque Libellos Stephano Diacono ad Papam transmittendos tradebant. Episcopis, qui damnationem trium Capitulorum approbabant, larga merces tribuebatur. Qui recusabant, deponebantur, aut proscribentur. Multi fugiebant, & latebras quærebant. Tantum inter Fideles exortum est scandalum, ut exinde ipse Theodorus Cappadox dicere auditus ierit, se Pelagiumque, turbarum Auctores, si vivi cremarentur, non iusto severiores pœnas duros. Duo Patriarchæ Antiochenus & Jerosolymitanus brevi exin tempore fati functi. Ephrem successit Domnus, & Petro Macarius, uterque hujus nominis in sua Sede secundus. Ephrem multa opera scripserat, quibus Defensionem Concilii Calcedonensis, S. Cyrilli, & S. Leonis suscipiebat. Horum Librorum Excerpta Photii industria nobis servavit. In illis visentur Acta cujusdam Concilii Antiocheni, in quo Syncreticus Episcopus Tarsensis tanquam de Hæresi suspectus accusatus fuerat, eo quod a quibusdam Viris non Orthodoxis Libellos recepisset. Stephanus quoque

Vitt. Tun.
an. 549. Lib.
brev. in fine.

Phot. Cod.
228. p. 774.
cod. 229. p.
789. p. 782.

que Monachus Syncretici Cellularius ac-
 cusabatur. Atque uterque convictus
 fuit, quod errores Eutythis teneret. Ve-
 rum Syncreticus eo adductus est, ut Fi-
 dem Catholicam profiteretur.

Sæculum VI.
 A. C. 546.

§. XXIII.

Error circa Diem Paschæ.

Eodem anno 546. de celebrando Die
 Paschæ Constantinopoli diversæ fue-
 re hominum sententiæ. Populus, cum
 crederet, illo anno Diem Paschæ incide-
 re in Primam Aprilis, in Dominica Die
 quarta Febr. ultimo carnes manducavit.
 At Imperator certiora edoctus jussit, ut ad-
 hac tota illa Septimana usque ad Diem
 Dominicam sequentem undecimam Febr.
 carnes venderentur, quia Dies Paschæ
 octava Aprilis futura erat. Macellarii
 occiderunt pecora, carnesque venales
 exposuerunt. Sed nemo fuit, qui eme-
 ret, aut carnem comederet. Nihilomi-
 nus Festum Paschæ deinde illo tempore,
 quo Imperator jusserat, celebratum est,
 & ita accidit, ut populus plus una He-
 bdomada, ac præscriptum erat, jejuna-
 verit. Græci abstinere incipiunt post
 Dominicam, quam nos Sexagesimæ, ipsi
 vero *Tes Apocreos* dicunt, id est, Domi-
 nicam, qua Hilaria agi solent. Sequen-
 te Die Lunæ, & tota Hebdomada carnes
 non amplius comedunt, sed solummodo
 lactea,

Theoph.an.
 19. p. 190.

Goar. not. in
Theoph.
 p. 594.

sæculum VI. lactea, & ova; inde apud ipsos Domini-
A. C. 546. ca Quinquagesimæ, quam *Tes Tiropbá-*
gon appellant, id est, Dominicam Casei,
 nomen habet. Sequentē Die Lunæ Qua-
 dragesimam auspicantur, tunc jejunare
 incipiunt, & non solum ab ovis & lacteis,
 sed etiam a piscibus & oleo abstinent.
 Causa, ex qua maturius quam nos jeju-
 nium inchoant, est, quod nec in Sabba-
 tis nec in Dominicis jejunent, si Sabba-
 tum sanctum excipias.

§. XXIV.

Totila Romam capit.

Procop. III. Inter hæc Vigilius Papa acceptis ab Im-
Goth c. 16. peratore mandatis, ut Constantinopo-
Fac. IV. c. 3. lim veniret, diu hæsit in Sicilia. Ibi ei-
cant. Moc. dem occurrit Dacius Episcopus Mediola-
p. 675. nensis, qui anno 539. ipsius Civitate a
 Gothis vastata Constantinopolim confu-
 gerat, atque illuc reversus est cum Papa,
 compertis ab eo, quæ Constantinopoli a-
 gerentur, & quot scandalorum causa
 trium Capitulorum condemnatio existe-
 ret. Zoilus Patriarcha Alexandrinus
 prævolante fama edoctus adventum Pa-
 pæ, Legatos obviam misit in Siciliam,
Procop. III. qui quererentur, ipsum coactum fuisse,
c. 15. ut illi Condemnationi subscriberet. In
 illa commoratione Papa ex Sicilia naves
 plurimas frumento onustas Romam mi-
c. 16. sit, ut penuriam Civitatis a Gothis ob-
 sessæ

fessæ sublevaret. Verum his navibus Sæculum VI.
A. C. 546.
 in Portu Romano ab hoste direptis, ni-
 hil auxilii famelicis obvenit. Id sub fi-
 nem anni 546. ex quo Bellum hoc tene-
 bat, undecimi, contigit. Tunc Pelagius
 Diaconus ferme omnem pecuniam, quam
 Constantinopoli attulerat, impendit, ut
 fame pressis succurreret, quod clemen-
 tissimi animi opinionem, jam antea ma-
 ximam, plurimum auxit. Romani co-
 gente fame Pelagium obtestati sunt, ad
 Totilam se conferret, paucorum dierum
 inducias rogaret, ipsorumque nomine
 promitteret, deditorem se facturos, nisi
 ante præstituendam diem auxilia Con-
 stantinopoli advenirent. Sed nihil im-
 petravit. Tandem Totila decimo sexto c. 20.
 Calendas Jan. anno post Basilii Consula-
 tum sexto Indictione decima id est 17.
 Dec. anno 546. occulta quorundam Marcell.
Chr.
 prodicione Romam in suam potestatem
 redegit.

Cum Rex Ecclesiam S. Petri, quo Ro-
 manorum Optimates confugerant, fuis-
 set ingressus, ut oraret, venit Pelagius
 Evangelium manibus suis tenens, & To-
 tilam affatus, ait: *Domine! parce tuis!*
 Respondit Rex insultans: *Ades tandem,*
& jam supplicis speciem præfers? Venio,
 respondit Pelagius, *quia Deus me tibi*
subdidit. Sed Domine! parce subjectis,
& tuis! Dedit non nihil Pelagii preci-
 bus

Sæculum VI. bus Rex, vetuitque, ne quis Gothorum
A. C. 546. victis vitam eriperet, aut foeminarum
 corporibus vim inferret. At res diri-
 piendi licentiam fecit. Itaque Senato-
 res, & Civium opulentissimi ad incitas
 redacti. Ex eorum miserorum numero
 fuit Rusticiana Boetii vidua & Symma-
 chi filia, semper antea in egenos muni-
 ficentissima. Mœnia Civitatis destructa,
 & aliquot ædes dejectæ. Quadraginta
 diebus vacuus ab hominibus locus fuit,
 sola bruta ibi relicta. Urbe expilata
 recessit Totila, & Belisarius qui inter hæc
 in Italiam redierat, Romam deinde ve-
 nit, & muros restaurare cœpit.

Protap. c. 24.

§. XXV.

Africani Tribus Capitulis favent.

Fac. IV. c. 3. Delagius, & alter Ecclesiæ Romanæ Dia-
 conus, cui nomen Anatolius, ubi tria
 Capitula damnata fuisse fama percepe-
 runt, Ecclesiæ curam gerentes, ut absen-
 te Pontifice debebant, ad Ferrandum
 Diaconum Carthaginensem litteras de-
 derunt, hortati, ut hac super re cum E-
 piscopo suo, aliisque, quos viros zelosos
 & doctos novisset, deliberaret, & com-
 mune consilium exquireret. In illa E-
 pistola non dissimulabant, hæc Anathe-
 mata suggerentibus Acephalis, Concilio
 Calcedonensi & S. Leonis Epistolæ infe-
 stis, fuisse conflata. Ferrandus non nisi
 post

post longum tempus respondit, prius ta-
men quam Ecclesiæ Africæ, quid senti-
rent, enunciaissent. In hoc ergo Respon-
so, quod habemus, dicit; non posse Epi-
stolam Iba in Concilio Calcedonensi ap-
probatam examini denuo subijci, nisi re-
vocando in dubium omnia cetera Con-
cilii Decreta. In fine adjicit tres pro-
positiones, quibus constanter inhæren-
dum affirmat; nullam illarum rerum,
quæ in Concilio definitæ fuerunt, dis-
cussionem esse admittendam. In mor-
tuos Actionem moveri non posse. Et
neminem jure posse exigere, ut quidquid
ipsi e calamo fluxerit, alter subscribendo
approbet.

Justiniano Imperatori, cum Edictum
suum de damnatione trium Capitulorum
in Africam misisset, Episcoporum aliquis,
cui nomen Pontianus, rescripsit, laudans
zelum ejus, & Fidei Confessionem appro-
bens. Tum subjungit: *In fine Epistolæ
tuæ vidimus, quod non parum nos affligit;
scilicet, exigi a nobis, ut Theodorum,
Theodoreti libros, & Epistolam Iba da-
mnemus. Horum Virorum libri ad nos
usque non pervenerunt, si aliquando per-
venerint, & si quidquam in iis Fidei ad-
versum legerimus, attendemus ad id, quod
nobis faciendum videbitur. At Scripto-
res, qui ex hac vita abierunt, damnare
non possumus. Si adhuc viverent, &
moniti*

Sæculum VI.
A. C. 546.

in oper. Ferr.
ed. 1649.
p. 250.

to. 5. Conc.
p. 324.

Sæculum VI. *moniti errores corrigere nollent, æquissimum foret, ipsos condemnare. Nunc vero contra quem Sententiam pronunciabimus? sed timeo, Auguste! ne sub specie istos damnandi aliud lateat, & sint, qui Eutychis Hæresin ab inferis excitare velint. Supplices rogamus te, ut Imperii tui tempore Pacem conserves, ne forte, dum mortuos damnare vis, multos viventes vita privas mandatis tuis refractarios, ideoque aliquando illi rationem reddere cogaris, qui venturus est judicare vivos & mortuos.*

§. XXVI.

Vigilius Papa Constantinopoli.

*Fac. IV. c. 3.
& ad Moc.
p. 573.*

Vigilio Papæ adhucdum in itinere constituto redditæ sunt Imperatoris literæ, quibus eum hortabatur, ut cum Menna aliisque Episcopis Pacem conservaret. Hinc Papa ad Mennam dedit Epistolam, qua significabat, lubentissime se pacem servaturum, sed veram, & Ecclesiæ utilem; verum se nullatenus ignorare, quæ Constantinopoli acta essent. Deinde excitabat Mennam, ut errorem emendaret. Tandem Papa octavo Cal. Febr. Indictione decima anno post Consulatum Basilii sexto, id est, 25. Jan. anno 547. Constantinopolim pervenit. Ab Imperatore Justiniano honorifice exceptus, tamen ad menses quatuor Mennam

Marcel. Chr.

*Theoph. an.
20.*

nam a sua Communionem suspendit, quod Sæculum VI.
 condemnationi trium Capitulorum sub- A. C. 547.
 scripsisset. Item lata Sententia Impera- Greg. II.
 tricem Theodoram, & Acephalos damna- ep. 36.
 vit. Nihilominus postea iterum placatus Augustæ precibus dedit, ut 29. Jun. Theoph.
 in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli p. 191.
 Mennam ad suam Communionem reci-
 peret. Sed necdum tricandi finis fuit.
 Cum diu & importune instarent ad per- Ep. ad Leg.
 movendum Pontificem, ut ipsemet tria p. 407.
 Capitula damnaret, in publico Conven-
 tu exclamare auditus est: *Me quidem*
captivum, sed non S. Petrum tenetis! (*)
 Interim cum Episcopis sibi consentien-
 tibus numero ferme septuaginta Syno-
 dum egit, quam post aliquot Sessiones
 iterum

(*) Ex his Verbis manifeste eruitur, & pro-
 batur, omnia, quæ Vigilus Papa Constantinopoli
 egit, de Jure ob defectum plenæ Libertatis nul-
 lius fuisse valoris. Contra Protestantes proba-
 tur; ex unius alteriusve Pontificis errore non
 sequi, Ecclesiam Romanam non esse infallibilem,
 quia infallibilitas a Christo Domino non sin-
 gulis in sensu literali, sed omnibus tanquam to-
 tius Ecclesiæ Primatibus in sensu accommodo
 promissa est.

Denique novum hic habemus Exemplum,
 nullibi melius quam Romæ SS. Pontificibus suam
 constare Auctoritatem.



Sæculum VI. iterum solvit, rogavitque Episcopos, in
A. C. 548.

*Fac. Conc.
Moc. p. 572.*

ea præsentem, ut suam sententiam scriptam sibi traderent. Acceptas deinde has schedas post paucos dies misit ad Palatium, ubi cum subscriptionibus illorum, qui tria Capitula damnaverant, assertæ sunt. Hujus facti rationem Papa Episcopis reddidit dicens: *Cur apud nos hæc Responsa servemus Concilio Calcedonensi adversantia? ut forte futuris temporibus in Tabulis Ecclesiæ Romanæ inveniantur, & credant omnes, a nobis fuisse approbata? Deferamus ea ad Palatium, iisque faciant, quod voluerint.*

Præf.

Facundus Episcopus Africanus loco Responsi tradidit Excerptum ex opere pro Defensione trium Capitulorum, quod postea in lucem edidit. Tandem ipse Pontifex Sententiam suam Sabbato Sancto undecima Aprilis hujus anni 548. tradidit, quam vocat *Judicatum*. In ea damnat tria Capitula, sed sine Concilii Calcedonensis præjudicio, & addito mandato, ne quis amplius vel voce vel calamo de hac Quæstione mentionem faciat. Credidit Papa eatenus se posse cedere in Quæstione facti, quæ Fidei non nocebat. (*) Igitur *Judicatum* suum tradidit

*Ep. ad Rust.
p. 551. nova
Collect. Ba-
luz. p. 1495.
Ep. ad Leg.
p. 497.*

(*) Ita quidem Fleurius. Sed ista de tribus Capitulis Quæstio a Fidei Causa vix separari posse videtur; nam Auctores illius Edicti, in quo tria

tradidit Mennæ, ad quem etiam erat di-
rectum, & descriptum exemplar Pelagio
Diacono Romam misit.

Sæculum VI.
A. C. 548.

Ep. ad
Theod. p. 335

Nihilominus illa Declaratione Papa
neutri Parti satisfecit. Trium Capitu-
lorum inimici offendebantur clausula:
Salva Concilii Calcedonensis Auctoritate.
Et Capitulum Defensores indignaban-
tur, quod Papa ad ea damnanda induci
se passus esset. Erant vero hi postero-

T t 2 res

tria Capitula damnabantur, Concilio Calcedo-
nensi adversabantur, & Eutychem Hæresi fave-
bant.

Unser Uebersetzer hat der Pflicht eines guten
Lutheraners gemäß zu seyn erachtet, eine kurze
Anmerkung hieher zu setzen, damit ja seine Leser
nicht auffer Acht lassen möchten, daß Pabst Vigi-
lius sich contra Fidem vergangen habe. Er hebet
an mit den Worten: Diese künstliche Distin-
ction inter *Quæstionem facti & Fidei* muß das
mals, da dieses vorgefallen, unstreitig un-
bekannt gewesen seyn. Diese Distinction war
damals sehr wohl bekannt, und ist unstreitig bis-
weilen sehr nothwendig, wenn jemand in der Got-
tesgelehrtheit richtig urtheilen will. Nur ist die
Frage, ob solche allhier Platz finden soll, wie der
Herr Fleury meynet. Es mag aber das Verhal-
ten Pabstes Vigilius eine Schwachheit, oder ein
Vergehen wider den Glauben gewesen seyn, so
bleibet gleichwohl die Römische Kirche eine un-
fehlbare Kirche, und unser Uebersetzer ein Lutho-
raner.

Sæculum VI. res magno numero, scilicet, omnes Epis-
A. C. 548. copi Africæ, Illyrici, & Dalmatiæ, qui
 hac de causa a Communione Papæ re-
 cesserunt. Imo duo ex Diaconis, quo-
 rum fide in arcanis negotiis maxime u-
 sus fuerat, Rusticus & Sebastianus a Pa-
 pa defecerunt, & sub initium anni 549.
 Judicato aperte damnato in Provincias
 perscripserunt, Vigilium Papam a Con-
 cilio Calcedonensi recessisse. Inter alios
 Epistolam dederunt ad Aurelianum E-
 piscopum Arelatensem, qui, ut de verita-
 te rei certior fieret, quemdam nomine
 Anastasium cum Epistolis Constantino-
 polim ad Papam misit.

*Epist. ad
 Aurel. p. 558*

§. XXVII.

Regula S. Aureliani.

*Greg. VII.
 epist. 116.*

in fine reg.

*Cod. reg. to.
 2. p. 100.*

6. 2.

Biennio antequam hæc fierent, S. Au-
 relianus Monasterii Virorum, Childe-
 berti Regis munificentia extructi, funda-
 tionem a Vigilio Papa confirmari petiit.
 Id actum 15. Cal. Dec. anno quinto, vel
 potius sexto post Consulatum Basilii, id
 est anno 547. In nova Ecclesia Reliquiæ
 veræ Crucis, Sanctæ Virginis, S. Joan-
 nis Baptistæ, & aliorum Sanctorum de-
 positæ. S. Aurelianus his Monachis Re-
 gulam tradidit, in qua præcipit, ut Clau-
 suram strictissime servent, prohibens, ne
 tota vita sua Monasterio egrediantur,
 nunquam Laicum quempiam intra limi-
 na,

na, aut in Ecclesiam recipiant, sed tantum in exedra. Fœminis nunquam colloquantur. Nec ipsi inter se unquam secreto conversentur. Si in quemquam Monachorum flagris animadvertendum sit, prohibet, ne plusquam triginta novem plagæ infligantur secundum Legem Moysis. Jubet, ut omnes discant legere, & a Prima usque ad Tertiam legant. Vult, ut, dum laborant, interea piis cogitationibus mentem occupent, atque etiam, dum leguntur Nocturni, laborent, ne somno vincantur. Prohibet comestionem carniū, solum infirmis comedendi carnes volatiliū licentiam facit, & toti Congregationi quibusdam diebus comedere pisces permittit. Hic discrimen inter volatiliū, & quadrupedum carnes observatur. In fine Regulæ S. Aurelianus sigillatim Psalmodiæ ordinem præscribit, ab eo, quem disposuit S. Benedictus, non parum diversum. Virginitas quoque Regulam dedit observandam, a Regula virorum prope de verbo ad verbum desumptam.

Sæculum VI.

A. C. 548.

c. 14.

c. 15.

c. 35.

Deut. 25. 5.

c. 41.

c. 32.

c. 28.

c. 29.

c. 51.

Cod. Reg.

to. 3. p. 60.

§. XXVIII.

Concilium Aurelianense quintum.

Sanctus Aurelianus interfuit Concilio Aurelianensi quinto, Anno Regis Childerti trigesimo octavo, Indictione decima tertia, quinto Cal. Nov. id est, 28.

Tt 3

Octobr.

Sæculum VI. Octobr. anno 549. celebrato. Adfuere
A. C. 549. Episcopi quinquaginta, atque præterea
 viginti & unus Delegatos miserunt. Me-
 tropolitæ novem numerabantur. S. Sa-
 cerdos Lugdunensis, qui Concilio præ-
 fuit. S. Aurelianus Arelatensis, Hesy-
 chius Viennensis, S. Nicetes Trevirensis,
 Desiderius Bituricensis, Aspasius Elusa-
 nus, Constitutus Senonensis, Urbicus Ve-
 suntinus, & Avolus Aquensis. Inter E-
 piscopos memoratu digniores fuere, S. A-
 gricola Catalaunensis, qui hanc Sedem
 annis quadraginta octo tenuit, & octo-
 ginta tribus inter vivos versatus est. Vir
 in Senatorio Ordine cunas nactus, sa-
 piens, humanus, eloquens. Civitatem
 suam magnificis exornavit ædificiis. In-
 ter alia Ecclesiam marmoreis tabulis, o-
 pere vermiculato, & columnis decora-
 tam. S. hic Episcopus nunquam prande-
 re solebat, una de die refectione conten-
 tus. Obiit anno 580. Occurrunt quo-
 que S. Gallus Claromontanus, S. Eleu-
 therius Antissiodorensis, Tetricus Lin-
 gonensis, S. Laudo Constantinensis, S. Lu-
 binus Carnutensis, S. Albinus Andega-
 vensis, & Firminus Uzeriensis. Marcus
 Episcopus Aurelianensis aberat, quippe
 illo tempore accusatus, & Exul, atque
 ad eum judicandum Childebertus Rex
 Synodum tot Episcoporum non tantum
 ex suo Regno, sed etiam ex duobus ce-
 teris

teris congregari voluerat. At Actore non probante Marcus in suam Civitatem sedemque restitutus est.

Sæculum VI.
A.C. 549.

Greg. Tur.
vit. PP. 6.6.

In hoc Concilio 24. Canones conditi. In primo Errores Eutychis & Nestorii æqualiter damnantur, utpote a Sancta Sede jam prius damnatæ. Utraque Hæresis sine dubio hic rursus damnatur propter exortam de tribus Capitulis contentionem, nam qui hæc Capitula damnabant, & qui eadem defendebant sibi invicem alterutram hæresin objiciebant. Quæ ad Disciplinam spectant, hæc decernuntur: Vacante Sede Episcopali nullus Episcopus Clericos ordinet, non consecret Altaria, nec aliquid de Bonis Ecclesiæ vacantis sub pœna Interdicti ad unum annum sibi capiat. Non licet Episcopatum emere. Episcopus a Metropolitanis & Episcopis Provinciæ, postquam a Clericis & Populo consentiente Rege electus fuerit, consecrabitur. Non detur populo Episcopus, quem odit, nec Populus aut Clerici potentium Virorum metu oppressi cogantur, ut se ei subjiciant. Episcopus Simoniace, vel vi adhibita ordinatus, deponatur. Hi Canones satis produnt, a tempore, quo Barbari dominabantur, in Electione Episcoporum libertatem fuisse imminutam.

Regnorum Divisio quoque Disciplinam turbabat. Hinc omnibus sive Epis-

Tt 4

copi,

c. 8.

c. 10.

c. 11.

c. 12.

Sæculum VI. copi, sive Clerici, sive Laici sint, prohibetur, ne Bona alterius Ecclesiæ sive in

A. C. 549.

c. 17.

Canones
Concilii Au-
relianensis.

eodem Regno sive in alio sitæ usurpent. Episcoporum Causæ judicandæ sunt in hunc modum: cui negotium est cum Episcopo, primum familiari fiducia ipsum conveniat, ut res amica transactione componatur. Si eum audire noluerit, adeat Metropolitanam, qui per litteras Episcopum monebit, ut litem electis Arbitris finiat. Si prima vice monitus non satisfaciatur, Metropolita jubeat, ut coram se compareat, & donec morem gesserit, ab ipsius Communionem suspensus sit. Si Metropolita bis monitus Episcopo suæ Provinciæ Actionem moventi non satisfecerit, Episcopus accusationem ad futurum Concilium deferat. Episcopi neminem levi ex causa excommunicent, sed in illis solummodo casibus, qui in Jure Canonico exprimentur.

c. 2.

c. 6.

Servus si Clericus fuerit ordinatus invito Domino, Servus remaneat ea conditione, ut ab eo non nisi Ministeria honesta exigantur, aut Episcopus, qui eum ordinaverit, datis aliis duobus servis ipsum redimat.

c. 7. c. 20.

Ecclesiæ libertatem illorum defendent, qui in iis manumissi fuerint. Illos, qui patrato crimine in carceribus detinentur, singulis Dominicis Archidiaconus aut Ecclesiæ Præpositus invisit, ut, quæ
ipsis

ipsis desint, sciant, atque alimenta resque alias necessarias ex *Ærario* Ecclesiæ subministrant. Episcopi de pauperibus leprosis singularem curam gerant. Concilium foundationem Xenodochii in Civitate Lugdunensi a Rege Childeberto, & Regina Ultrogotha ipsius Coniuge erecti confirmavit. Episcopi omnes subscripserunt, & prohibitum fuit Episcopo Lugdunensi & Successoribus ejus, ne quidquam Bonorum ad hoc Hospitium pertinentium sibi aut Ecclesiæ Lugdunensi usurpent, sed ipsis injunctum, curam gerere, ut illi Domui semper Administratores seduli præficiantur, ægrotantes eo numero, quem fundatio præscribit, alantur, & Peregrini suscipiantur.

Sæculum VI.
A. C. 549.

6. 21.

c. 15.

Haud diu post celebratum hoc Concilium ex iisdem Episcopis decem Claromontii in Arvernia congregati condiderunt sexdecim Canones ex Concilio Aurelianensi excerptos. Istud Concilium actum est in Regno Theobaldi juvenis, qui Patri suo Theodeberto anno 548. fati functo successerat, anno Regni ipsius decimo quarto, post Clodovei Avii obitum trigesimo septimo.

to. 5. p. 401.

Greg. III.
Hist. c. ult.

§. XXIX.

Centinus Episcopus Claromontanus.

His S. Gallus Claromontanus haud diu supervixit. Ipso defuncto, statim

Greg. IV.
Hist. c. 6.

T t 5

Clericis

Sæculum VI. Clericis Catoni Presbytero Episcopatum
 A. C. 549. gratulantibus, is, ac si Episcopus jam es-
 set, Bonorum Ecclesiæ possessionem in-
 vastit. Episcopi, qui ad celebrandas Ex-
 equias S. Galli venerant, ipsius Corpore
 sepulto, ad Catonem dicebant: *Videmus,
 majorem populi partem te elegisse. Veni,
 ut te Episcopum consecremus. Theobal-
 dus Rex juvenis est, si accusationem con-
 tra te afferat, tuam Defensionem apud
 Regem suscipiemus, Imo sine Regis con-
 sensu eum ordinare non oportuisset. Ca-
 to, qui nihil certius esse, quam sibi Epis-
 copatum obventurum, credebat, respon-
 dit: Quæ fuerit vita mea a juventute,
 scitis; jejunavi, vigilavi, elemosynam
 dedi. Sæpe noctes cantando Psalmos trans-
 egi. Per singulos Clericorum gradus se-
 cundum Canones ascendi. Decem annis
 Lector, annis quinque Subdiaconus, Dia-
 conus quindecim fui, & jam anni viginti
 effluxere, ex quo Presbyter sum. Solus
 superest Episcopatus, quem Ministerio meo
 meritus sum. redite ad vestra, canonice
 ordinari volo. Ipsi jactantiam hujus Vi-
 ri vehementer mirati redierunt.*

6. 7.

Igitur Cato jam se gerens ut Domi-
 num, cum Cautino Archidiacono dure a-
 gere cœpit, eidem Depositionem mina-
 tus. Cautinus nihil ab ipso nisi Benevo-
 lentiam animi petebat, seque obtulit ad
 Regiam profecturum, ut ad eum ordi-
 nandum

nandum Regis consensum obtineret. At Sæculum VI.
A.C. 549.
Cato ratus Cautinum sibi illudere, oblatum officium respuit. Cautinus sperni se intelligens valetudinem simulat, & noctu Claromontio egressus Metas contendit, ad Theobaldum Regem, eique S. Galli obitum denunciat. Rex, & qui forte Purpuratorum aderant, convocatis multis Episcopis statim Cautinum Episcopum Claromontii ordinari voluerunt. Itaque Catonis Mandatarii postea illo missi rejam confecta advenerunt. Rex Cautinum cum Clericis, qui inde venerant, remisit, Bona etiam Ecclesiæ, quæ attulerant, reddidit, & Episcopos atque aliquos suis Cubiculis Præfectos honoris causa comites viæ dedit. Clerici Civesque Cautinum lubenti animo receperunt; at Cato adduci non potuit, ut ei se submitteret; unde in illa Ecclesia ortum est Schisma, nam & ipse suos habebat Sectatores. Cautinus æmulum expertus inflexibilem ei & omnibus ejusdem amicis Bona Ecclesiæ, quibus fruebantur, ademit; iis vero, qui ad suam obedientiam redibant, adempta reddidit.

§. XXX.

*Papæ Epistolæ ad Aurelianum &
Valentinianum.*

Vigilius Papa Constantinopoli Epistola

la

Sæculum VI. la Aureliani Arelatensis 14. Jul. anno
A.C. 549. 549. accepta respondit; nihil se egisse

Conc. V.
 Coll. 7.
 p. 558.

contra Decreta Pontificum Antecessorum suorum, aut contra quatuor Concilia. Tum profequitur: *Tu ergo Sacræ Sedis Vicarius cum sis, omnes Episcopos mone, ne mendacibus litteris, aut falsis nunciis quibuscunque ad eos delatis turbari se sinant, sed certum teneant, nos Fidem Patrum Nostrorum inviolabili servare constantia. (*) Postquam Imperator nos dimiserit, mitemus ad vos virum, qui accurate edoceat, quod ea quæ nobis proposueramus, partim ob hyemis rigorem, partim ob Italiæ calamitatem, quam non ignoratis, necdum efficere potuerimus. Hic ipsi de Bello Cothorum sermo est. Tum subjunxit: Cum sciamus Regi Cbildeberto maximam Sacræ Sedis Venerationem esse, eum instantissime rogate, ut Ecclesiæ in tanto periculo versantis curam suscipiat, & quia Gothi cum Rege suo Urbem Romanam intrasse dicuntur, Cbildebertus datis litteris ad Gothorum Regem petat, ne quidquam contra Ecclesiæ Nostræ Prærogativas agat, etiamsi ipse diversam profiteatur Religionem. Dignum enim est Rege Catholico, qualem vos habetis, Fidem*

(*) Interne quidem Vigilius Papa fidem non amisit, sed quæstio est, an illud *Judicatum*, quod edidit, contra Fidem non pugnaverit.

& Ecclesiam, in qua baptizatus est, omni virium contentione tueri. Omnino etiam Totila decimo quinto anno Belli Gothici nempe 550. denuo occupaverat Romam, eam sibi conservaturus. Vigili Epistola tertio Cal. Maji, anno Regni Justiniani 24. nempe 29. April. anno 550. data est. Prius etiam nempe 18. Martii Papa eadem super re ad Valentinianum Episcopum Tomitanum in Scythia Epistolam dederat, ut se a calumniis Rustici & Sebastiani purgaret. Rogat, ne ulterius eorum litteras recipiat, quod eos jam modo a sua Communionem removerit, & minatur Judicium Canonicum, nisi cito resipiscant.

Sæculum VI.
A. C. 550.

p. 557.

§. XXXI.

Sententia in Rusticum & Sebastianum lata.

Quod Papa prædixerat, implevit, atque Rusticum & Sebastianum lata sententia in modum Epistolæ ad eos ipsos directæ damnavit. Initio sermonem ad Rusticum dirigit, dicens inter alia: *Tu ipse deposcebas, ut tria Capitula damnerentur. Tu præsentibus Diaconis Sapatō & Paulo & Surgentio Notariorum Primicerio exclamasti, non solum Nomen & Scripta Theodori Mopsuesteni a nobis esse damnanda, sed nihil evenire posse, quod tibi magis jucundum accideret, quam si ossa*

Conc. V.
Coll. 7.
p. 550.

ejus

Sæculum VI. A.C. 550. *ejus humo effoderentur, & flammis tradentur. Postquam JUDICATUM nostrum tuo consensu & reliquorum Clericorum nostrorum pronunciatum fuerat, urgebas me in Palatio, ut illud cito Fratri nostro Mennæ, ad quem directum erat, traderem. Cumque Surgentius Autographum peteret, ut pro more illud servaret, illud tradere per multos dies recusasti, donec descripta Exemplaria in Africam misisses.*

Sabbato Sancto, quo JUDICATUM nostrum promulgavimus, ad Ecclesiam venisti, officio tuo functus es, & in recessu ab Ecclesia ad Episcopum Julianum dixisti, optime fuisse factum. Die sequente, in Festo Paschæ, simili modo factum approbabas, & diu hanc mentem servasti, alios exhortans, ut sponte judicium nostrum sequerentur. Apocriuariis Ecclesiæ Antiochenæ descripta JUDICATI Exempla a nobis petentibus, respondimus, ea magis a Menna esse petenda, ad quem essent directa; tu vero cum clamore pro ipsis ea petebas dicens, S. Leonem idem fecisse, & nisi a Nobis ipsis omnes acciperent Exemplaria, timendum tibi videri, ne sequente tempore illa supprimerentur. Cum occasio cujusdam in Siciliam proficiscentis tibi fuisset oblata, statim unum Exemplar Pelagio Diacono transmisti, qui vero nostrum maturius accepit.

Post

Post hæc omnia rumore ad nos delatum est, tibi mente mutata cum Ecclesiæ inimicis **JUDICATUM** Nostrum impugnantibus arcana esse commercia. Paulus Diaconus in Italiam iturus comperto scandalo, quod hic & in Africa creare nitabar, instabat, ut cogere te ad publicam Nobis Satisfactionem præstandam, vel Libellum Accusationis reciperem, quem manibus tenebat, & contra te traditurus erat. Tunc S. Evangelia tangens nobis jurasti, te a Nostro Ministerio nunquam discessurum. Habemus in Tabulis nostris verba tua, a Notario conscripta. Sed ex quo Sebastianus Constantinopolim venit, secreto conjurastis, & in lucem prorupit scandalum. (*)

Tum Papa ad Sebastianum Orationem dirigit, & postquam non nulla exprobravit, prosequitur: Rogasti Nos instantissime, ut te ad Patrimonium Dalmatiæ mitteremus, sed ubi Salonam pervenisti, participem te reddidisti ordinationum illicitarum, quas Honorius Episcopus fecit. Constantinopolim reversus **JUDICATUM** Nostrum publice coram omnibus Clericis laudasti, dicens, opus esse a Cælo inspiratum, teque Romæ Theodori Mopsu-

Sæculum VI.
A. C. 550.

Sententia
contra Rusticum
& Sebastianum.

(*) Hæc satis inconstantiam istorum Diaconorum probant. Utinam etiam Vigilii Innocentiam clare demonstrarent!

Sæculum VI. Mopsuesteni libros legisse, Blasphemias ple-
A.C. 550. nos.

p. 554.

Cum Festa Domini Natalitia advenis-
sent, vocavimus te, & indicavimus, quid
de factis tuis in Dalmatia ad nos fuisset re-
latum, diximus etiam officii nostri esse, ut
si aliquando Divina favente Gratia ad Se-
dem Nostram rediissemus, hunc errorem
secundum Canones castigaremus. Exinde
morsus tuæ conscientiae non ferens occa-
sionem quæsvisti a Nobis secedendi. Ni-
hilominus Diaconi munere sicut antea tu
& Rusticus functi estis, & ambo mensæ
nostræ convivæ assedisti. Ad Episcopos
Joannem & Julianum dixisti: sequor Pa-
pæ judicium, si modo illos, qui ei adver-
santur, puniat. Lampridio & Felice Mo-
nachis JUDICATUM Nostrum recipere
detrectantibus, cum ad te venissent, nun-
ciari jussisti: non possumus vobis loqui,
quia alterius Sectæ estis; quo non obstan-
te cum ipsis postea communicasti, & cum
aliis, qui contra JUDICATUM scripse-
rant, ideoque vi ipsius JUDICATI extra
Communionem nostram; unde sequitur,
te ipsum secundum Canones esse excommu-
nicatum. Præterea auctoritatem prædi-
candi usurpasti, quam qui in Ordine Dia-
conatus sunt, nisi Episcopus jubeat, non
habent. Concilium Ephesinum & S. Cy-
rillum aggressus es, & Blasphemias in Do-
minum Nostrum Jesum Christum prola-
tas

tas defendisti. In omnes Provincias da-
 tis litteris sparsisti mendacium, Nos Con-
 cilium Calcedonense oppugnasse. Hinc,
 quibus ignota erat tua nequitia, cum lit-
 teras tanquam a Diaconis Romanæ Eccle-
 siæ scriptas acciperent, iis fidem simpli-
 citer adhibuerunt, unde contigit, ut in
 quibusdam locis Ecclesia effuso sanguine
 pollueretur. Imo in Libello nuper Impe-
 ratori tradito affirmare ausus es, S. Leo-
 nem Antecessorem Nostrum errores Theo-
 dori Mopsuesteni sua Auctoritate firmasse.

Diu magna patientia expectavimus,
 sperantes, vos tandem saniores futuros.
 Bis iussimus vos per Episcopum Joannem
 & Julianum, Sapatum Diaconum, Cetbe-
 gum Patricium, & alios moneri, sed re-
 nuistis. Ergo ad pœnam Canonicam pro-
 cedendum est. Itaque dolentes & gemen-
 tes Auctoritate a S. Petro Nobis tradita
 vobis indicimus, quod ob ista crimina bo-
 nore & Ministerio Diaconorum privati
 sitis, ea conditione, ut, si Nobis in vivis
 existentibus Pœnitentiam profiteamini, re-
 cipiamini; at vero post mortem nostram
 nemo vos possit restituere. Etiam ab Or-
 dine suo deponimus Joannem, Geruntium,
 Severinum, Importunum, Joannem alte-
 rum & Deusdedit, quos a Munere Sub-
 diaconorum, Notariorum, & Defensorum
 excludimus. Felix Monachus Afer, quem
 Monasterium Gillitanum rexisse ferunt,

Sæculum VI.
 A.C. 550.

p. 555.

Vigiliæ Papæ
 Sententia.

p. 556.

Sæculum VI *omnes conscii & Sectatores vestri seu Mo-*
A. C. 550. *nachi, seu Laici eadem damnatione involu-*
ti sint. Hæc est Vigili Papæ Sententia
 contra Rusticum & Sebastianum, quam
 ipsis Episcopi tres & quinque Clerici de-
 tulerunt.

§. XXXII.

Concilium tribus Capitulis favens.

Vit. Tun.
Chr. ann.
 550. 551.

Interim trium Capitulorum Defensori-
 bus sua durabat constantia. Hoc an-
 no 550. post Consulatum Basilii nono Sy-
 nodum in Illyrico celebrantes Benena-
 tum Episcopum primæ Justinianæ trium
 Capitulorum Adversarium damnarunt,
 & ad Imperatorem litteras dederunt.
 Anno sequente 551. post Consulatum
 Basilii decimo Episcopi Africæ in Conci-
 lio congregati Vigilium Papam, quod
 tria Capitula damnasset, excommuni-
 carunt, (*) atque eadem datis ad Impe-
 ratorem litteris, quas Olympius Magi-
 strianus pertulit, defenderunt.

§. XXXIII.

(*) Nempe Episcopis Africæ videbatur agi de
 Quæstione Fidei, & non tantum Personarum,
 quod Vigilius Papa affirmabat. Constat præ-
 terea Vigilium inconstantia & timore laborare;
 hinc credere non poterant ipsum tanquam Ca-
 put Ecclesiæ & ex Cathedra loqui. Deinde ista
 Excommunicatio neququam haberi potest pro
 Sententia legitime lata, & cum Jurisdictione; hac
 enim

§. XXXIII.

*Facundi Liber.*Sæculum VI.
A. C. 550.

Priusquam Papa *Judicatum* suum promulgasset, Facundus Episcopus Africanus tunc temporis Constantinopoli versatus scripsit Opus suum, in quo Defensionem trium Capitulorum suscipit, ad Imperatorem Justinianum directum. Dignum est, ut paulo fusius memoretur; nullum enim aliud præstantius pro illa Causa prodiit. Dividitur in Libros duodecim, & primo quidem Facundus approbat Fidei Confessionem, quam posuerat Imperator, tanquam Edicti de tribus Capitulis Exordium. Dicit, Imperatorem Catholice fateri, quod unus ex Trinitate fuerit crucifixus, quod Sancta Virgo vere & in sensu litterali sit Mater Dei, & duæ in Jesu Christo Naturæ sint. Sed asserit, trium Capitulorum damnationem partum esse invidiæ & vindictæ, qua torquebantur Origenistæ, postquam Imperator Origenem damnasset. Dicit, Domitianum Ancyranum in Litteris ad Vigilium Papam id ipsum sincere fassum fuisse. *Commenti sunt, quod optime scis,*
Uu 2 ait

*Lib. II. c. 6.**Lib. I. c. 2.*

enim Episcopi Africæ in Episcopum Romanum non gaudebant, sed pro qualicunque Separatione, sicut quilibet Episcopus a Communione alterius, quem circa Fidem pertinaciter errare noverit, abstinere potest.

Sæculum VI. ait ulterius Facundus, oratione ad Imperatorem conversus, omnes Concilii Calcedonensis hostes cum Ecclesia communicaturos, si Epistola Ibae tanquam Nestoriana damnaretur, & negaretur, eam a Concilio fuisse approbatam. Verum hac fraude ignaros decipere volebant, & Catholicis illudere, nam si deinde demonstrassent, quod facillime poterant, Concilium hanc Epistolam recepisse, nihil amplius habuissimus, quod responderemus Eutychianis, Concilium Calcedonense Nestoriana Hæresis insimulantibus. Ita sub falsa Reconciliationis specie ipsis non modo Epistolam Ibae, sed etiam illos, qui Epistolam approbaverant, anathematizare concessum est. Volens igitur Hæreticis hoc peccus obijcere, cum sciam, quod Eutychiani Nestoriana Hæresis omnes illos insimulare soleant, qui adversus ipsos Veritatem tuentur, Opus hoc explicatione fidei meæ de Jesu Christi Incarnatione exordiar. Facundus in reliqua etiam Parte Libri I. Fidem suam exponit, & asserit, nos in Jesu Christo

c. 5. duas Naturas, confiteri debere, non autem unam Naturam compositam. Explicat textus S. Cyrilli, & ostendit, quod

c. 6. paritas ab anima & corpore in quolibet homine unitis nimium quantum claudicet, cum hæ duæ Partes ideo unam Naturam humanam constituent, quod voluntate Creatoris altera ad alteram sint ordinatæ.

In

In Libro secundo Facundus profite-
 tur, etiamsi trium Capitulorum damna-
 tio Nomen Imperatoris præferat, se ta-
 men neminem alium illius Auctorem ag-
 noscere, quam Concilii Calcedonen-
 sis inimicos. Tum ad ipsam Causam tran-
 siens affirmat, quamvis etiam Concilium
 Ibræ Epistolam verbis expressis non ap-
 probasset, eam tamen damnari non pos-
 se, quin simul Concilium damnetur, quod
 aliunde illos approbat, qui Theodorum
 Mopsuestenum laudabant. Addit, nul-
 lam aliam causam esse, cur Eutychiani
 hanc Epistolam damnent, quam quod
 duas Naturas confiteatur. *Dicunt equi-
 dem, subjungit, ideo se illam damnare,
 quia S. Cyrillum vilipendit, eique adver-
 satur. Atqui S. Cyrillum Gennadius Con-
 stantinopolitanus, & S. Isidorus Pelusinus
 multo pejus habuerunt; cur non etiam bis
 irascuntur? Dicunt etiam, quod Decisio-
 nem Vigilii Papæ expectent. Quasi vero
 Vigilii Decisionibus S. Leonis aliorum-
 que Antecessorum suorum, qui Concilium
 Calcedonense confirmarunt, adversaturus
 esset. Non ad Patrum suorum fidem de-
 struendam, sed eam confirmandam & de-
 fendendam, Vigilii omnium primam ma-
 ximamque Potestatem accepit. (*)*

U u 3

Tum

(*) Diese Worte hat unser Protestant redlich
 über-

Sæculum VI.

A.C. 550.

Lib. 3. c. 1.

Libri
Facundi.

c. 2.

Tum Auctor ad Defensionem Theodori Mopsuesteni progreditur, & primo asserit, nunquam antea contra quemcunque Hæreticum illam Formulam fuisse adhibitam, qua ipse damnabatur; *Si quis non anathematizat Theodorum & Doctrinam ejus, Anathema sit.* Cum multi Fideles Doctrinam & ipsa Nomina Hæreticorum ignorare possint. Rursus: *Theodoro vitio vertunt, quod Nestorii Magister fuerit. At vero, cum Theodorus Fidem contra Paulum Samosatenum defendere,*

übersetzt. Was kann er aber auf dieses und tausend andere dergleichen Zeugnissen in allen Jahrhunderten, welche in diesen Kirchengeschichten vorkommen, zur Rettung seiner Religion antworten? Muthmaßlich würde er sagen: Facundus war eben ein Papist, und das Verderben, nach seiner Art zu reden, hatte schon lang vor dem sechsten Jahrhundert eingerissen. Allein wenn damals in Asia, Africa und Europa, nämlich in der ganzen sichtbaren Kirche keine andre Christen zu finden gewesen, als einer Seits Papisten, und anderer Seits Arianer, Nestorianer und Eutychianer, wo war denn jenes Häuflein, welches man das Rechtgläubige oder das Protestantische hätte nennen können? Denn ich glaube nicht, daß unser Uebersetzer diese letztere, ob er sie schon oft vertheidiget, offenbar für seine Glaubensbrüder annehme. War aber das Verderben allgemein, wie hält's um das Versprechen Christi: *Et Portæ Inferi non prævalebunt &c.?*

rit, hanc etiam anticipato contra Nesto-
rium propugnavit. Ajunt, Theodorum
Symboli, a Carisio Presbytero delati, &
in Concilio Epbesino damnati, Auctorem
esse. Verum nec Concilium, nec S. Cyril-
lus hoc dicunt. Facundus speciatim ad
præcipuas objectiones ex Libris Theodo-
ri excerptas respondet. Tum de Aucto-
ritate S. Cyrilli differit, & dicit: licet
verum esset, quod ipse Theodorum Mopsue-
stenum arguisset, nemo teneretur S. Cyril-
lo in hac re magis assentiri, quam in iis,
quæ dixit contra S. Joannem Chrysosto-
mum, & contra Diodorum Tarsensem, a
Patribus & Principibus Catholicis lauda-
tum, quem nemo nisi Apollinaristæ, & Ju-
lianus Apostata damnavit.

Deinde Facundus ad Epistolam Ibæ
digreditur. Primo, inquit, negare nemo
potest, illam Concilium Calcedonense rece-
pisse, & orthodoxam declarasse. Quod
autem Concilium definivit, retractare non
licet. S. Leo non solum Definitionem Fi-
dei hujus Concilii, sed etiam omnia Acta &
Decreta rata habuit, solo molimine Ana-
tolii Constantinopolitani excepto. In
Causæ substantia bene judicavit Conci-
lium, dum Epistolam Ibæ Orthodoxam
pronunciavit, & secutum est Exemplum
Scripturæ, quæ cuncta secundum majora
numero Suffragia judicat. Concilium il-
lam Epistolam Catholicam edixit, quia in

- Sæculum VI. A. C. 550. *Jesu Christo duas Naturas confitetur, & illam damnare non poterat, nisi etiam damnando S. Cyrillum, qui etiam duas Naturas confitetur, quamvis scribens contra Nestorium, qui eas nimium separabat, de earum Distinctione non ita expresse loquatur. Verum est, quod Ibas mala de S. Cyrilli fide opinio fuerit, quia illam, quam S. Cyrillus revera tenebat, non satis perspectam habebat. At error iste Concilii*
- c. 3.*
- c. 5.* *Patres movere non debuit, quo minus ipsius Epistolam Orthodoxam pronunciarent, cum similis suspicio eundem S. Cyrillum*
- L. VII. c. 1.* *non sit morata, quo minus Confessioni Fidei Orientalium subscriberet. Dum Ibas dixit, in Jesu Christo unicam esse Virtutem, non negare voluit, duas in eo esse Naturas, sed affirmare, unicam esse Personam. Dum dixit, Nestorium sine causa Examine fuisse damnatum, non redarguit, ipsum fuisse damnatum, sed id solum queritur, quod Patres adventum Orientalium non fuerint præstolati. Ceterum Ibas in*
- c. 2.*
- c. 3.* *ferendo de Nestorio judicio falli potuit, sicut Anatolius in causa Dioscori, sicut S. Athanasius in causa Timothei Apollinaris Discipuli, sicut Concilium Palæstinae, & Zosimus Papa in causa Pelagii & Celestii errarunt.*

§. XXXIV.

Sæculum VI.
A. C. 550.*Theodorus Mopsuestenus defenditur.*

*Epistola Ibæ damnari non debuit pro-
pterea, quod Theodoro Mopsuesteno
laudes tribuat, nam eundem S. Joannes
Chrysostronus & S. Gregorius Nazianze-
nus laudarunt. Joannes Antiochenus &
Orientales testantur, Antiquos Patres
scripsisse Propositiones iis consentaneas,
quæ in Theodoro reprehenduntur. Fal-
sum est, quod Proclus Theodorum impug-
naverit. Nec eum nominat. Concilium
Antiochenum ad Theodosium juniorem Im-
peratorem & ad S. Cyrillum scripsit,
Theodorum non esse damnandum. Quæ
S. Cyrillus postea adversus Theodorum
scripsit, ei nocere non possunt, cum dam-
nari non possit, nisi eadem damnatione
Diodorus Tarsensis implicetur, & Patri-
bus Theodori ætate in vita degentibus ma-
gis quam S. Cyrillo soli credendum. Si
enim suspectus de Hæresi fuisset, id neutri-
quam dissimulassent. Imo ex Theodori Li-
bris elucet, Catholicum fuisse, & sola Ex-
positio Psalmi quadragesimi quarti ad di-
luendas omnes objectiones, quæ contra ipsius
Doctrinam in medium afferuntur, sufficit.
Confessus est Jesum Christum non solum
verum Hominem, sed etiam verum & sua
Natura Deum, & in his duabus Naturis
unam Personam. Quando paritatem de*

c. 7.

L. VIII. c. 1.

c. 2.

3.

c. 6.

L. XI. c. 1.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

Uu 5

Homi-

Sæculum VI. *Homine ex anima & corpore composito at-*
A.C. 559. *tulit, ideo factum, ut unitatem Personæ*
in Jesu Christo demonstraret, non ut Na-
 c. 5. *turas confunderet. Ex his textibus cla-*
ris illos explicari oportet, qui sunt obscu-
ri, & servanda est illa Regula, quæ in ex-
plicandis aliis Patribus adhibetur.

Itaque nemo male factum putet, quod
 Concilium Calcedonense Theodorum non
 damnaverit, quamvis aliqua in ipsius Li-
 bris reprehensione digna sint; nam Conci-
 lium hæc ignorare potuit, aut credere, il-
 los textus ab ejus inimicis insertos, aut in
 bonum sensum trahi oportere; eo magis,
 c. 2. quod ipsemet non nulla in libris suis, quæ
 offendiculo erant, correxit. Unde pa-
 tet, si in aliquibus erraverit, non fuisse
 obstinatum & ideo etiam non Hæreticum.
 Imo etiamsi Theodorus in Concilio Calce-
 donensi fuisset accusatus, tamen non pote-
 rat damnari vir in Communione Ecclesiæ
 mortuus. Rursus, etsi manifesti fuissent
 errores ejus, quis ausus fuisset affirmare,
 ipsum, si vixisset, non fuisse eos retra-
 ctaturum? quis potuisset certo scire, eum
 erroris pœnitentiam nunquam, saltem im-
 minente mortis hora, subituram? nunc
 vero Dominus Ecclesiæ suæ nullam in mor-
 tuos potestatem dedit, cum tantum banc
 Matth. 18. *super terram ligandi solvendique faculta-*
 18. *tem fuerit impertitus. Hinc Concilium*
Theodorum, etiamsi reus fuisset, non am-
 plius

plius potuisset judicare. Solius vivorum Sæculum VI.
mortuorumque Judicis est judicare illos, A. C. 550.
qui salvo honore & fama defuncti sunt.

Ne S. Athanasium ideo damnavit, quod
excusaverit dicta Dionysii Alexandrini,
quorum longe difficilior est Defensio, quam
illorum, quæ Theodorus protulit. Nemo
S. Basilium vituperavit, quod S. Grego-
rii Thaumaturgi sensa in partem melio-
rem fuerit interpretatus, nec S. Hilarium,
quod ea, quæ in Concilio Sirmienti dure
enunciata videbantur, defenderit. Mul-
ti ex Antiquis similia his scripserunt, quæ L. XI. c. 1.
in Theodoro displicent, quales sunt S. Eu-
sthatius Antiochenus, S. Athanasius, S. c. 2. 3. 4. 5. 7.
Amphilochus, S. Gregorius Nyssenus, S.
Joannes Chrysostomus, & ipse S. Cyrillus
in decem locis. Nempe quando in Patri-
bus errores invenimus, ob bonam intentio-
nem excusamus, ne Hæretici esse credan-
tur. Et re ipsa, qui simpliciter falli-
tur, hæreticus non est. Non ignorantia,
imo nec solus error, sed obstinatio & per-
severantia in errore Hæreticum facit.

Tot argumentis in medium adductis
Facundus oratione revertitur ad Conci-
lii Calcedonensis Auctoritatem, contra
quam asserit non licere excipere, & quæ c. 2.
decisa fuere, iterum ad examen revoca-
re; idque ex pluribus testimoniis S. Leo-
nis, & Auctoritate Marciani Imperatoris
probat. Unde arrepta occasione Justi-
nianum c. 3.

Facundi
Opus.

n. 6.

c. 2.

c. 3.

Sæculum VI nianum docet, errare Principes, si in
 A. C. 550. Quæstionibus Fidei Auctoritatem Epis-
 coporum usurpent, sed potius ipsos Epis-
 coporum Decisionibus subjici oportere.
Ita, inquit, subjecit se Imperator Leo.
 c. 4. *Econtra dum Zeno edito Henotico suo ma-*
teriam Fidei definire voluit, longum &
triste Schisma in Ecclesiam introduxit.
 Facundus hujusmodi Exemplis diutius
 immoratur, & sub Zenonis Nomine Ju-
 stiniani errorem secreto castigat, exhibens
 alterius Principis insaniam, qui ab
 assentatoribus dementatus, omnibus An-
 tecessoribus suis Sapientiozem se arbitra-
 tur, atque jus populis dicere & Rempu-
 blicam regere negligit, ut ad Causas Ec-
 clesiasticas, quarum cura ad ipsum non
 pertinet, incumbat. Et hic ipse mor-
 bus erat, quo laborabat Justinianus. Id
 etiam de Justiniano Procopius illius ævi
 Scriptor litteris mandavit in hunc mo-
 dum:

III. Goth. *Vigilius Papa Italique, qui non exi-*
 c. 35. *guo numero Constantinopoli versabantur,*
Imperatorem maximopere urgebant, ut
collectis universis viribus Italiam sibi sub-
jiceret. Imperator id sibi curæ futurum
promittebat quidem, sed interim optimos
dies Christianorum dogmata examinando
perdebat, cupiens Disputationibus finem
imponere. Et alibi: Cum omnes cogita-
 Goth. c. 32. *tiones ad gerendum Bellum transferre Ju-*
stinia-

Anecd. c. 18.
 p. 55. III.
 Goth. c. 32.

stinianum oportuisset, inutilium rerum Sæculum VI.
 scrutatione distinebatur, & abstrusis de A. C. 550.

Natura Divina Quæstionibus. Idem Procopius quemdam, cui Nomen Arfacius, conjuratorum adversus Cæsarem conscium & socium ita loquentem inducit: *semper sedet in Musæo procul absentibus Prætorianis in mediam noctem cum Episcopis decrepitæ senectutis Christianorum libros aviditate inexplebili revolvens.*

§. XXXV.

Propositum Concilium Generale convocandi.

Vigilius Papa minime ignorabat, quantum scandalum creasset suum Sent. in
 catum, & quanto fervore Episcopi Occi- Judi-Theod. p.
 dentis tria Capitula tuerentur. Econtra 335.
 Theodorus Cæsariensis & Orientales in- Ep. Legat.
 stantissime postulabant, ut ea absolute, & p. 407.
 nulla facta Concilii Calcedonensis mentione damnaret. Cum ista importune urgere non cessarent, dixit Papa ad Imperatorem: *Veniant Fratres Nostri in banc Civitatem ex singulis Provinciis quinque sexve Episcopi! tunc Causam banc in pace & communi consensu definemus. Nunquam enim eo adduci me sinam, ut solus, & nisi omnes consenserint, illud faciam, quod Auctoritatem Concilii Calce-*

Sæculum VI. A. C. 550. *Calcedonensis dubiam reddit, & Fratribus meis Scandalo est.* Ita ab Imperatore obtinuit promissum, ut, iis omnibus, quæ a quocunque de tribus Capitulis usque in eam diem dicta scriptave fuissent, non obstantibus, in Concilio cum Episcopis Africæ, Illyrici, aliarumque Provinciarum, quid factu opus esset, examinaretur, & illi præ aliis vocarentur, quibus hæcenus acta offendiculo fuissent. Præprimis nemo in Causa trium Capitulorum quidquam attentaret, donec Concilium Sententiam pronunciaffet. Hæc inter Papam & Imperatorem, Menna Constantinopolitano, Dacio Mediolanensi, Theodoro Cæsariensi, quibusdam aliis Episcopis Græcis, & Latinis, Judicibus, Optimatibus, & toto Senatu præsentibus statuta.

Imperator, ut quod decretum fuerat exequeretur, in Africam & Illyricum misit, qui Episcopos accerserent. Verum nullus ex Illyrico venire voluit. Ex Africa non nulli in viam se dederunt, qui cum Constantinopoli non longe abessent, dixit Vigilius Papa ad Imperatorem: *Si id quod judicavi tibi non placet (de suo iudicato loquebatur) redde illud mihi, & cum Episcopis istis, qui propediem aderunt, Causam denuo discutiemus.* Ita Papa iudicatum suum publice in quodam Conventu

ventu recepit. (*) Subscriptionem quoque suam Episcopi Græci reposcenti reddiderunt, edixitque Pontifex; si quis eorum in causa trium Capitulorum quidquam moveret ante initium Concilii Universalis, a Communione S. Sedis esse removendum.

Sæculum VI.
A. C. 550.

§. XXXVI.

Concilium Mopsuestenum.

Interim ut ad Concilium Generale viam sternerent, Imperator, seu verius, sub Imperatoris nomine Orientales, Concilium Mopsuestiæ convocarunt, demonstraturi, Theodori Nomen in illius Ecclesiæ Diptychis non legi, nec hominum memoriam superesse, aliquando fuisse lectum. Igitur Imperator ad Joannem Episcopum Justinianopolitanum, secundæ Ciliciæ Metropolitanam, & ad Cosmum Episcopum Mopsuestenum litteras dedit. Acceptis his Mandatis Concilium anno nono post Consulatum Basilii Indictione decima tertia id est anno 550. 17. Junii celebratum. Præfuit Joannes, cui octo Episcopi ejusdem Provinciæ assistebant. Mathanius Cubiculariorum Comes tanquam Imperatoris Mandatarius, item omnes Clerici Mopsuestiæ, duo Comites, duo Tribuni, alii quidam ex Ministris, & multi

(*) Istud Vigilii Papæ factum, si quid prius peccatum, satis diluit.

Sæculum VI. multi illius Civitatis Incolæ, aderant. In
 A.C. 550. medio Conventus posita sunt Sacra Evan-

p. 493.

gelia, & Imperatoris Epistolæ lectæ. Tum
 prodire iussi, qui facti illius, de quo age-
 batur, testes producti fuerant. Singuli
 nomen suum & conditionem professi.
 Nempe Presbyteri undecim, Diaconi sex,
 & septendecim Laici, ex quibus duo pri-
 mi Comitum Dignitate eminebant. Pau-
 lus Civitatis Defensor testimonium red-
 didit, hos viros esse illius Civitatis ætate
 maximos & moribus honestissimos.

p. 494.

Episcopi deinde Ecclesiæ Thesauro
 Præfectum Diptycha, quæ cum Vasis
 Sacris custodiri solebant, producere ius-
 serunt. Ubi fuere allata, publice recita-
 ta sunt in hunc modum: *pro Episcopis*
defunctis, Protogene, Zosimo, Olympio,
Cyrillo, Thoma, Bassiano, Joanne, Auxen-
tio, Palatino, Jacobo, Zosimo, Theodoro,
Simeone. In alio Libro eadem lecta sunt
 Nomina, & rursus in alio tantum usque
 ad Nomen Jacobi. Episcopi Diptycha
 sibi exhiberi iussa ipsimet inspexerunt, &
 juramentum dextra super Evangelia po-
 sita Thesauro Præfecti receperunt, nulla
 alia ipsi esse Diptycha.

Tum a testibus quoque petierunt
 Episcopi, ut edito juramento promitte-
 rent, veritatem eloqui. Illorum pri-
 mus, Presbyter, cui Nomen Martyrius,
 locutus est in hunc modum: *Annos vite*
octo-

octoginta plus minus numero, quorum ul-
tra sexaginta inter Clericos transegi, &
nunquam vidi aut a quoquam audivi, Theo-
dorum, olim hujus Civitatis Episcopum, in
Sacris Diptychis fuisse nominatum; sed
audivi S. Episcopum Cyrillum Alexandri-
num loco Theodori fuisse insertum. Nec
enim scio in nostra Civitate unquam exti-
tisse Episcopum, qui Cyrillus vocaretur.
Ille vero Theodorus, qui in Diptychis legi-
tur, ante annos tres obiit, & Patriam ha-
buit Galatiam. Ceteri Presbyteri, quo-
rum junior annos quinquaginta duos nu-
merabat, idem suo testimonio confirma-
runt. Tum Paregorius Archidiaconus
sexaginta sex annos natus, alique Dia-
coni. Tum duo Comites Eumolpius, &
Theodorus, ceterique Laici. His audi-
tis Episcopi pronunciarunt; ex testimo-
niis, & Diptychorum inspectione lique-
re, senioris Theodori Nomen fuisse dele-
tum, & hac super re Epistolam Synodi-
cam ad Imperatorem, alteramque ad Vi-
gilium Papam dederunt. Nihil præter-
ea in hac Synodo Mopsuestena actum.
Ex his vero, quid rei Diptycha Ecclesia-
stica fuerint, discernitur.

§. XXXVII.

Vis Papæ illata.

Non obstante fide data nihil se esse mo-
turos usque ad Concilium Univer-
sale,
Hist. Eccles. Tom. VII. X x

Sæculum VI.
A. C. 550.

p. 497.

p. 501.

Sæculum VI.
A. C. 550.

Sent. in
Theod. p.
335.

Ep. Leg.
p. 408.

Fig. ep. 15.
p. 525.

fale, Græci Constantinopoli rursus Pa-
pam urgere cœperunt, ut cum ipsis tria
Capitula damnaret, si Episcopi Africae, Il-
lyrici & Dalmatiæ id recusarent. Papa
id abnuente, artibus Theodori Cæsarien-
sis effectum, ut Edictum, quo tria Capi-
tula condemnabantur, in Palatio, ipso
præsente, & aliquibus Episcopis Græcis
ejus Sectatoribus iterum prælegeretur.
Cum Papa læsam fidem quereretur, si-
mulata obedientia irritatum placarunt.
Postea vero Theodorus advocatis in Do-
mum suam Notariis multa Edicti illius
exempla describi jussit, tum promulgari,
& in Ecclesia Constantinopolitana aliis-
que locis affigi. Cum ventum est ad
ædes Placidiae, in quibus Papa diver-
tebat, ibique tunc præsentes essent mul-
ti Episcopi Græci & Latini cum Presby-
teris & Diaconis Constantinopolitanis,
Papa & Dacius Mediolanensis elata voce
dixerunt: *rogate Imperatorem, ut Edi-
cta, quæ affigi jussit, tollat, & expectet,
sicut inter nos convenit, donec Episcopi
Linguae Latinae, quibus creatum est scan-
dalum, ad Concilium adveniant, aut saltem
sententiam suam scriptam integra liber-
tate tradant. Si preces nostras non au-
diat, saltem vos nolite in ea consentire,
quæ Pacem Ecclesiae perturbant, & nihil
contra datam fidem facite. Si non obtem-
peratis, scitote, quod ex hac hora a Com-
munionem*

munione Sedis S. Petri viva voce mea tan- Sæculum VI.
 quam prævaricatores suspensi sitis. Da- A.C. 551.
 cius Episcopus Mediolanensis his subjun-
 xit: *Protestor meo Nomine & Nomine*
omnium Episcoporum, inter quos posita est
mea Ecclesia, scilicet Episcoporum Gallia,
Burgundia, Hispania, Liguria, Æmia,
& Venetia, atque edico, nullum eorum,
qui his Edictis consenserit, cum Episcopis
istarum Provinciarum communicaturum.
 Nam persuasum mihi habeo, hæc Edicta
 Concilium Calcedonense, & Fidem Catho-
 licam destruere. Hæc ferme in medio
 Mensis Julii acta.

His Declarationibus contemptis Theo- Sent. p. 336.
 dorus cum suæ factionis Episcopis in Ec-
 clesiam, ubi affixa erant Edicta, se con-
 tulit, Missam celebravit, Nomen Zoili
 Patriarchæ Alexandrini ex Diptychis de-
 levit, & ipsius loco Nomen Apollinaris
 in illam Sedem intrusi inseruit. Tunc
 Papa non amplius cum Orientalibus com-
 municare, & nequidem colloqui voluit,
 hinc Imperator in eum & Dacium Me-
 diolanensem tanta iracundia accensus est,
 ut, si salvi esse vellent, in Ecclesias con-
 fugere cogerentur. Vigilius ad S. Pe- Ep. Legat.
 trum in Palatio Hormisdæ se recepit, un- p. 409.
 de vi Pontificem abstracturi, ad eum ca-
 piendum miserunt Prætorem illum, cu- Papæ Maje-
 jus muneris alias erat fures & latrones itas viola-
 comprehendere. Ipso cum multis mili- tur.
 tibus

Sæculum VI. tibus nudos enses & arcus intensos te-
A.C. 551. nentibus Ecclesiam intrante, Papa Asy-
 lum quæsit subter Altare, columnas,
 quibus innitebatur, amplexus. Prætor
 furiis actus Diaconos aliosque Clericos
 apprehensis ipsorum capillis abstrahi ius-
 sit, ut eos ab Altari arceret, tum ut Pa-
 pam inde avelleret, imperat, ut reluctan-
 tis pedes, barbam, capillos arriperent,
Theoph. an. & ad se traherent. Papa fortiter resi-
20. p. 191. stebat, cumque esset magno corpore, &
 viribus valens, aliquas columnas Altaris
 fregit, ita ut super eum corruisset Mensa
 Sacra, nisi Clerici labentem manibus su-
 stinuissent. Tandem populus percepto
 tanto strepitu accurrens, & aliqui etiam
 ex militibus commiseratione tacti, edito
 ingenti clamore Prætorem discedere coe-
 gerunt.

Verisimile est, Papam hoc tempore,
49. 5. Conc. cum ultima injuria læsus fuisset, Seten-
p. 334. tiam in Theodorum scripsisse. In ea
 primum exprobrat, quod toto tempo-
 re, ex quo Episcopatum Cæsariensem
 suscepisset, nequidem uno anno inte-
 gro in sua Ecclesia fuisset, sed Princi-
 pis favore abusus turbas excitare nun-
 quam cessasset. Tum enarratis omni-
 bus ejus molitionibus, & addito, quod
 triginta jam dies expectasset, ex quo
 ipsum a Communione S. Sedis separave-
p. 336. rat, eundem Episcopatu & Communione
 Catho-

Catholica (*) privat, jubetque deinceps Sæculum VI.
 soli Pœnitentiæ vacare. Mennam vero A. C. 551.
 Constantinopolitanum, ceterosque cri-
 minum Theodori conscios Papa solum a
 Communione usque dum satisfaciant,
 suspendit. Hæc Sententia decimo nono
 Cal. Sept. Justiniani anno 25. post Con-
 sultatum Basiliæ undecimo, id est, 14. Aug.
 anno 551. scripta. Loquitur Papa tam
 suo nomine quam tredecim Episcoporum,
 qui in illo Conventu aderant. Præcipui
 fuere Dacius Mediolanensis, & Primasius
 Adrumetinus. Reliqui erant Itali. Nec
 dum tamen Papa hanc Sententiam vul-
 gare volebat, ut tempus daret Imperato-
 ri, quo facta retractaret, & damnati Epis-
 copi resipiscerent. Verum Sententiam
 suam in manus viri fidelis deposuit, qui
 eam, si Papæ vis inferretur, aut subito
 occumberet, statim in illis locis, in qui-
 bus maxima esset hominum frequentia,
 publicam faceret, quo citius ad omnium
 notitiam perveniret.

Missi deinde fuerunt, qui Papæ dice-
 rent; nisi fidem, quam jurato daturi es-
 sent, acciperet, futurum, ut vi adhibita
 ex Ecclesia S. Petri pelleretur. Itaque
 commentarium tradidit, in quo ea scri-
 pserat, quæ sibi promitti postulabat. Non
 X x 3 omnia

(*) Hic est iterum aliquod indicium, varios
 fuisse Excommunicationis gradus.

Sæculum VI. omnia quæ petiit, concessa; at
 A. C. 551. nihilominus, cum tandem Ministri ab
 Pontificis Imperatore missi juramenti formulam su-
 Fuga. per Altare, & super clathros, quibus S. Pe-
 tri Reliquiæ circumdabantur, posuissent,
 & manu tangentes veram Crucem, at-
 que S. Petri Claves, jurassent, ut Sacra-
 mento Reverentiam haberet, in Palatium
 Placidiaë rediit. Dacio quoque Mediola-
 nensi, & omnibus aliis, qui ad loca Sacra
 confugerant, promiserunt, nullam vim
 ipsis esse inferendam. At juratam fi-
 dem non integre servarunt, & præter
 alios etiam Papa pessime habitus est. Hac
 super re apud officiorum Magistros, quos
 Imperator sæpe ad ipsum mittebat, con-
 questus, eosdem non solum ore sed etiam
 datis ter epistolis interpellavit, ut jura-
 menta, quibus se obstrinxerant, serva-
 rent. Sed in dies crescebat periculum.
 Tandem biduo ante Festa Domini Nata-
 litia animum advertit, omnes aditus Pla-
 cidiani Palatii, in quo versabatur, positus
 stationariis custodiri, ita ut excubitorum
 clamores in ipsius cubiculo exaudiren-
 tur. Itaque his angustiis prementibus
 intempesta nocte fugam molestiis & pe-
 riculo plenam superato modico muro,
 qui tunc forte ædificabatur, capeffivit.
 Ita Constantinopoli egressus Calcedo-
 nem transfretavit, & in Ecclesia S. Eu-
 phemiaë receptaculum elegit.

Ibi

Ibi cum Vigilus in gravem morbum incidisset, Imperator Die Dominica 28. Sæculum VI.
A. C. 552.

Jan. anno 552. ad eum misit Patricios Belisarium, Cethegum, & Petrum, Justinum Curopalatem, & Marcellinum Quæstorem, nempe eosdem, quos sæpe jam antea miserat, qui ipsum hortarentur, ut eorum juramenta reciperet, Ecclesia S. Euphemiæ excederet, & Constantinopolim reverteretur. Papa respondit: *Nulla causa Personalis me adegit, ut buc confugerem, sed scandalum, quod totam perturbat Ecclesiam. Itaque si Imperator pacem reducere cogitat, quod olim fecit, cum Avunculus ejus viveret, non opus est jurejurando, statim, & hac hora egrediar. Si autem Causa Ecclesiæ necdum finita est, perinde jusjurandum nihil proderit, nec peto; nam statutum est mihi, hoc loco non egredi.* Tum omnia oratione repetiit, quæ facta fuerant, ex quo Imperator Edictum damnans tria Capitula affigi jussit. Et finem dicendi fecit obtestans hos Magistratus, futurum Dei Judicium minitans, jubensque, ut Imperatori suis verbis dicerent: *magno peccato conscientiam tuam oneras, si cum iis, quos excommunicavi, præsertim cum Theodoro Cæsariensi, communicas.*

Demum Die Dominica, quarta Febr. venit ad Papam Petrus Referendarius cum mandatis Principis, dicens: *Statue*

Sæculum VI. A. C. 552. *tempus, quo Iudices ad te veniant, & iuramentum tibi præstent, ut ea conditione hac Ecclesia excedas, & tutus Constantinopolim revertaris. Mandavit Papa, ut suis verbis Imperatori responderet: ex urbe Roma profectus sum ante annos septem, & ad Tuam Pietatem huc veni nullam causam privatam habens. Hoc unum est, quod rogo, ne Ecclesiæ Pacem a Theodoro turbari patiaris. Sex jam Menses abierunt, ex quo excommunicatus, & depositus est, sed Tuæ Majestatis Reverentia, & spes emendationis ejus prohibuere, ne Sententiam promulgarem, & ideo hucusque distuli. Iterum deinde Papa consilium suggestit, se Dacium Mediolanensem, & quosdam alios data fide publica ad Imperatorem missurum, qui Causam Ecclesiæ agerent; quod si differretur, cogi se, ut etiam invitus irrevocabilem Sententiam pronunciaret. Nihil quippe, inquit, nec propinquos, nec bona terrena, Saluti animæ nostræ, & famæ Principis, præponimus. Hæc omnia vulgavit literis die altera quinta Febr. anno 552. datis, & ad universum Populum Dei directis, in quibus omnes, quas perpeffus erat, ærumnas narrat, atque, ut se purgaret, Fidei suæ Confessionem inserit.*

Ep. 15.

Procop. IV. Goth. c. 24.

§. XXXVIII.

Sæculum VI.

A. C. 552.

Epistolæ Legatorum Franciæ.

Justinianus Imperator Legatum, cui nomen Leontius, ad Theobaldum Regem Francorum miserat, qui hunc Principem ad ineundam cum Romanis adversus Gothos armorum societatem invitaret. Theobaldus Rex remisit cum Leontio Leodardum ex Gente Francorum tresque alios Legatos, quibus Clerici Italiæ amplissimum scripserunt Libellum, eaque omnia, quæ Papa & alii Episcopi Catholici Constantinopoli patiebantur, illos edocebant. Dicunt Papam jam annos sex Constantinopoli morari, unde dispicitur, eos anno 552. scripsisse. *Om-* *to. 5. Conc.*
nibus, quæ contra Papam aliosque Oc- *p. 407.*
cidentales, usque ad tempus, quo Eccle-
sia S. Petri egressus fuerat, acta essent,
enarratis, subjungunt: miserunt etiam *p. 409,*
viros in Provincias Italiæ, qui Papæ &
Dacio Episcopo invidiam crearent, &
populos permovere conarentur, ut alios
Episcopos sibi ordinari deposcerent, novæ
eorum Doctrinæ consensuros. Imo tanta
Græcorum fuit nequitia, ut per quosdam
subornatos litteras supposititias nomine Pa-
pæ scriptas, in Italiam deferente quodam,
cui nomen Stephanus, miserint, quibus
omnium animos in Pontificem exarceba-
rent. Itaque obtestamur vos, ut hæc om-
nia

XX 5

nia

Sæculum VI. A.C. 552. Sup. S. 24. *nia cito in Provinciis vestris manifestis, ne quis ab his impostoribus decipiatur, aut a quodam, nomine Anastasio, quem S. Episcopus Arelatensis Aurelianus ante biennium ad Papam delegavit; is enim cum aliis conditionibus Constantinopoli abire non permetteretur, largis donationibus seductus, jurejurando promisit, se omnibus Episcopis Galliae persuasurum, ut tria Capitula damnarent, & Papæ Epistolas, quibus Episcopos Galliae, quid ageretur, certiores reddere volebat, deferendas accipere noluit. Ergo Episcopos Regionum vestrarum monete, ut Papam & Episcopum Dacium datis litteris consolentur, & confirment, ne novam Doctrinam recipiant. Postquam Constantinopolim perveneritis, ipsis, ut poteritis, opem ferite, præprimis Dacio. Petite ut ei ad Ecclesiam suam, jam annis quindecim vel sexdecim absenti, redire liceat. Nam omnes ferme Episcopi, quos ab ipso ordinari consuetudo postulat, ut scitis, defuncti sunt, jamque innumera populi multitudo sine Baptismate moritur.*

§. XXXIX.

Concilium Parisiense secundum.

v. Coint. an. 551. n. 5. to. 5. Conc. p. 811. *Sancto Aureliano Arelatensi brevi postea ad superos translato, Sapaudus Successor ejus, secundo Concilio Parisiensi circa annum 551. celebrato præfuit.*

fuit. Aderant Episcopi viginti septem, ^{Sæculum VI.}
inter quos numerabantur sex Metropoli- ^{A. C. 552.}
tæ, scilicet, Sapaudus Arelatensis, Hesy-
chius Viennensis, Nicetes Trevirensis,
Probianus Bituricensis Desiderii Succes-
sor, Constitutus Senonensis, Leontius
Burdegalensis. Hæc Synodus in ædibus
Ecclesiæ congregata, invitante Rege
Childeberto, in Causa Saffaraci Episco-
pi Parisiensis, qui magni criminis convi-
ctus fuerat. Jussit Concilium Acta sibi
exhiberi, ex quibus liquebat, Saffara-
cum crimen suum confessum fuisse coram
Medoveo Episcopo Meldensi, S. Lubino
Episcopo Carnutensi, Leobacario Abbate,
Hiculpho Presbytero, Eterno Archidia-
cono, & Castricio Diacono, in Concilio
præsentibus ubi testimonium reddide-
runt, sicut etiam Ardaricus seu Aridius
Episcopus Nivernensis. Synodus judi-
cavit crimen plene esse probatum, & il-
los tres Episcopos bene egisse, quod Saf-
faracum Monasterio incluserint. Tum
Metropolitano ipsius, Constituto Seno-
nensi mandatum, ut eum secundum Ca-
nones deponeret. Quo facto, in deposi-
ti locum Eusebius Episcopus Parisiensis ^{Sup. lib.}
ordinatus est. Is, ut suo loco retulimus, ^{XXXII.}
S. Clodoaldum Presbyterum ordinavit. ^{S. 44.}

Sæculum VI.

§. XL.

A. C. 552.Delegati Palæstinae Origenistis ad-
versantur.

Sup. §. 19.
vit. S. Sabæ.
n. 89. p. 373.

Dum omnia in Oriente ad celebrandum Concilium Generale præparantur, interim Monachi ex Palæstina Delegatos contra Origenistas Constantinopolim miserunt. Hi Nonno vita functo in duas Sectas abierant. Pars una Protoctistarum, seu Tetraditarum, alia Isochistarum nomine dicebatur. Theodorus Cappadox, in aula potentissimus, posteriori Sectæ adhærens, Auctor fuit, ut multi hujus factionis Episcopi & Abbates in Palæstina eligerentur. Protoctistarum Princeps erat Isidorus, qui cum satis intelligeret, imparem se esse, qui Theodoro solus resisteret, socium adscivit Cononem magnæ Lauræ S. Sabæ Abbatem, virum Catholicum. Hunc igitur, postquam ipsi in Ecclesia Montis Sion pollicitus fuisset, se Doctrinam de præ-existentia non amplius defensurum, sed omni nervorum contentione errores Origenis oppugnaturum esse, in profectioe Constantinopolitana, quo Conon delegabatur, secutus est.

n. 90.

Ubi Constantinopolim pervenere, cœptis eorum maxime obstetit Theodorus; nihilominus sua patientia vicerunt omnia. Nam cum paucis post diebus Pe-

trus

trus Patriarcha Jerosolymitanus vita excessisset, Monachi novæ Lauræ, Origenistarum & Isochristarum erroribus infecti malis artibus effecere, ut Macarius eligeretur, quod seditionis causa extitit. Hac re Imperator contra Theodorum & Origenistas vehementer commotus Macarium e Sede Jerosolymitana pelli jussit. Abbas Conon occasione utendum ratus tradito Libello Imperatori Origenistarum crimina aperuit. Cum sibi hac via non nihil Auctoritatis conciliasset, suggestit, in Patriarcham Jerosolymitanum ordinandum esse Eustochium Ecclesiæ Alexandrinæ Oeconomum, tunc Constantinopoli versantem, & placuit Imperatori hæc electio. Constantinopoli discedens Conon, & novo Patriarchæ valedicens, rogavit eum, ut Eulogium Abbatem Monasterii S. Theodosii ad Concilium universale proxime celebrandum mitteret. Fecit Eustochius Patriarcha, quod rogatus fuerat; nam misit tres Episcopos, & totidem Abbates, quorum unus fuit Eulogius, qui ipsius Nomine Concilio interessent.

Illam tempestate in Palæstina prope urbem Gazam degebat S. Barsanuphus Ægyptius. Is in Cellulam se abdidit, ubi post annos quinquaginta nemini visus adhuc vivere credebatur. Thomam quoque Apamiensem vitæ Sanctitas celebrem reddidit. Nemo vero Sanctorum

Viro-

Sæculum VI.
A. C. 552.

*Evagr. IV.
hist. c. 37.*

p. 374.

*Conc. V.
Coll. I. init.*

S. Barsanuphus.
*Evagr. IV.
c. 33.
c. 35.*

Sæculum VI. Virorum magis insolens vitæ genus du-
A. C. 552. xit, quam S. Simeon cognomento Salus,
 c. 34. qui haud procul Emeso degens humilitatis exercendæ studio insanire se simula-
 bat. Nihilominus magnum Peccatorum numerum convertit, & felici successu Acephalis caput objecit. Leontius Episcopus Napolitanus in Cypro, annis circiter quinquaginta posterior, ejus vitam

Ap. Sur.
1. Jul.

scripsit. Theodorus Cappadox, ceterique illius Factionis, tandem Vigilio Papæ, adhuc dum Calcedone in Ecclesia S. Euphemix securitatis causa hærenti, morem gesserunt. In Confessione Fidei ad Pa-

Const. Vig.
p. 337.

pam directa declarant, se, ut unitatem Ecclesiasticam conservarent, quatuor Concilia Generalia Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonense recipere, promittuntque, se sanctissime secuturos illa omnia, quæ in his Conciliis, consentientibus Legatis & Vicariis Sacræ Sedis, per quos Papæ suo quisque tempore illis præfuere, definita sunt. Ergo illa ætate Orientales (*) non dubitabant,

(*) Die Orientalischen Bischöfe, und so gar solche, welche den Pabst Vigilus verfolgten, haben im sechsten Jahrhundert nicht gezwweifelt, es wären die Römischen Bischöfe in allen 4 allgemeinen Kirchenversammlungen in der Person ihrer Legaten und Vicarien vorgestanden. Allein unser Proteste

bant, quin Papæ per suos Vicarios omni-
bus Conciliis Generalibus præfuerint. Sæculum VI. A.C. 552.

De consensu Legatorum disertis verbis
mentionem faciunt ob Canonem Calce-
donensem Sedi Constantinopolitanæ fa-
ventem, cui suffragari noluerant Legati. Sap. lib. XXVIII. §. 30. 31.
Hanc Fidei Confessionem & in eadem
Formula Mennas Constantinopolitanus,
Theodorus Cæsariensis, Andreas Ephe-
sinus, Theodorus Antiochenus in Pisi-
dia, Petrus Tarsensis & plures alii Epis-
copi tradiderunt.

§. XLI.

Miraculum in puero Judæo.

Mennas Constantinopolitanus haud diu
postea e vivis abiit, postquam Se-
dem tenuisset annis sexdecim, cujus me-
moriam vigesima quinta Aug. Ecclesia
honorat. Ad ejus tempora sequens Mi-
raculum Constantinopoli patratum re-
fertur. Antiquo more in illa Ecclesia re-
ceptum erat, ut, si multæ Corporis Jesu
Christi particulæ superessent, ad eas con-
sumendas pueri innocentes, qui in scho-
lis

Sup. lib. XXXII. Martyr. R. 25. Aug. Evagr. IV. c. 36.

Protestantische Uebersetzer will davon besser berich-
tet seyn, und meynet, es sey nur ein Vorurtheil des
Papisten, welche dieses glaubeten. Jedoch kann er
diesem unverwerflichen Zeugniß der Orientalischen
Bischöfe nichts, das nur erträglich wäre, entge-
gen setzen.

Sæculum VI. A. C. 552. lis primis litterarum Rudimentis imbue-
bantur, convocarentur. Contigit, ut
inter alios filius cujusdam Vitriarii Ju-
dæi accerferetur. Parentibus puerum
interrogantibus, cur hac die serius redi-
ret, dixit, quid egisset, & quid cum ce-
teris pueris manducasset. Illico Pater
in furorem actus filium ligatum in for-
nacem conjicit. Afflicta mater hujus
rei inscia infantem per totam Civitatem
investigabat. Tandem elapso triduo ad
ostium fornacis ardentis venit, & filium
nomine suo compellat. Ipse in fornace
responsum vocanti dedit. Tum Mater
pérfracto ostio vidit inter carbones stan-
tem & incolumem. Interrogatus, quo-
modo ab igne illæsus mansisset, dixit
Mulierem purpura vestitam sæpe venis-
se, & carbones circum jacentes injecta
aqua extinxisse, eandem, quando esurie-
bat, cibum attulisse. Imperator com-
perto hoc prodigio Matrem & puerum
baptizari jussit, & utrumque Clericis ad-
scripsit, id est, puer inter Lectores, &
Mater inter Diaconissas suscepta est. Pa-
trem vero, Religionem Christianam am-
plecti recusantem tanquam latronem fi-
lii sui adacto palo transfigi mandavit.
Historiæ Scriptor Nicephorus Callistus,
qui in Sæculo decimo quarto vivebat, te-
statur, hunc morem Evcharistiæ Reliquias
infantibus dandi suo adhuc ævo Con-
stanti-

Niceph.
XVII. hist.
c. 25.

Constantinopoli fuisse servatum, seque ipsum eandem sæpe hoc modo accepisse.

Sæculum VI.
A. C. 552.

Justinianus etiam in causas Judæorum super Religione sua discrepantium inquirabat; id enim apparet ex Lege, octava Febr. anno 552. edita, qua ipsis licentiam facit legendi Scripturam Sacram in suis Synagogis Græco, Latino, aut quocunque sermone voluerint, si modo Græce tantum secundum septuaginta Virorum, aut Aquilæ Interpretationem legeretur. Prohibet vero legi illam, quam secundam Editionem, id est, *Misna*, appellabant, quod meras Traditiones humanas contineret. Unde dispicimus, quorundam Judæorum opinionem fuisse, nullatenus legendam esse publice Scripturam ex aliqua Versione; certe pars ista certantium Victoriam obtinuit, nam hodie in suis Synagogis eam non nisi sermone Hebraico legunt.

§. XLII.

S. Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus.

Sancti Mennæ in Sede Constantinopolitana Successor fuit S. Eutychius. Is natus erat in Phrygia circa annum 512.

vit. ap. Boll. 6. Apr. to. 9. p. 550.

Patre Alexandro Viro militari & Belisario in paucis caro. Mater nomine Synesia filia erat Episcopi miraculis clari, qui

Hist. Eccles. Tom. VII. Y y par-

Sæculum VI. parvulum Eutyrium nepotem suum in
A.C. 552. infantia baptizavit, eumque in Domo sua
 Augustopoli educavit. Duodennis Con-
 stantinopolim ad discendas litteras mis-
 sus, consilium cepit amplectendi Institu-
 tum Monasticum; sed ab hoc proposito
 juvenem dimovit Episcopus Amaseensis,
 qui ipsi Infulam Episcopalem destinabat.
 Itaque eum Lectorem ordinavit, deinde
 Diaconum, & tandem, cum annum æ-
 tatis trigesimum attigisset, servatis Ca-
 nonicis Interstitiis, Presbyterum. Cum
 autem postea Episcopus Amaseensis men-
 tem mutasset, pristinum Eutyrio rediit
 solitudinis desiderium, atque Monaste-
 rium amplum in Civitate Amaseensi in-
 gressus est. Post breve tempus Ordinis
 Monastici in Provincia Helenopontina,
 cujus Metropolis erat Amasea, Præposi-
 tus Generalis creatus.

Cum Eutyrius annos decem in Mo-
 nasterio transegisset, nempe anno 552.
 Episcopus Amaseensis ægrotans eum Con-
 stantinopolim misit, suo nomine Conci-
 lio universali interfuturum. Ipse in Do-
 mum Mennæ Patriarchæ divertit, qui
 eum benigne suscipiens ad Clericos suos
 dixit: *Monachus iste meus Successor erit.*

Evagr. IV. In quadam Collatione Imperatore præ-
hist. c. 37. sente agitata est quæstio illo tempore ce-
4. Reg. 23. 16. leberrima; an possint damnari mortui.
 Eutyrius id fieri posse affirmavit, addu-
 ctò

cto Regis Josiæ exemplo, humata ossa I- Sæculum VI.
dololatrarum effodi & cremari juben- A. C. 552.
tis. (*) Hæc Responsio magno omnium
plausu, præsertim Imperatoris excepta.
Tum Menna Patriarcha post dies paucos
vita functo, Imperator Petro Referenda-
rio

Y y 2

rio

(*) Hier will unser Protestant in einer langen Anmerkung durchaus nicht leiden, daß man die todten Ketzer verdamme, und saget: Gesezt, daß nun Gott auch eine ausdrückliche und allgemeine Verordnung gemachet hätte, daß die Gebeine der Götzendiener ausgegraben, und verbrannt werden solten, so würde doch daraus noch kein Schluß auf die Verdammung eines verstorbenen Ketzers gemacht werden können. Er saget ferner zur Behauptung seiner Meynung: daß ein solches Urtheil in den Zustand eines Verstorbenen gar keinen Einfluß hat. Dieser Grund ist unrichtig. Denn wenn man über einen Todten bisweilen ein Urtheil gesprochen hat, so ist es wohl niemals in der Absicht geschehen, damit solches Urtheil in den Zustand des Verstorbenen etnen Einfluß haben soll, sondern zur Beschämung der Anhänger des verstorbenen Ketzers, und damit die Unschuldigen desto mehr die verdamnte Lehre verabscheuen. Als der König Carolus II. den Leib des Cromwells um das Jahr 1660. ausgraben, an den Galgen aufhängen, und alsdenn das abgeschlagene Haupt aufstecken lassen, mag es ihm wohl nicht in den Sinn gekommen seyn, dadurch den Zustand seiner Seele in der andern Welt zu verschlimmern.

Sæculum VI.rio mandavit, ut Eutygium quæreret, A. C. 552. & honorifice apud se distineret. Deinde Clericorum & Senatus requisito consensu effecit, ut Episcopus eligeretur. Ergo annos natus quadraginta Patriarcha Constantinopolitanus ordinatur.

30.5. Conc.
p. 338.

Suscepto Episcopatu Eutygius Vigilio Papæ Fidei suæ Confessionem tradidit, illi, quam Mennas dederat, ferme similem. Nam in ea etiam profitetur, quod ad conservandam Pacem quatuor Concilia Universalia & Epistolas Paparum, præsertim S. Leonis, recipiat, & addit: *Cum in his omnibus, quæ supra dicta sunt, consentiamus, petimus, ut Sanctitate Tua præsidente, positis in medio SS. Evangelii, tria Capitula examini subjiciantur, & quæstio ad confirmandam Ecclesiarum pacem decidatur.* Hæc Fidei Professio Vigilio Papæ tradita est in Die Epiphaniæ sexta Jan. 553. a Neoelecto Patriarcha Constantinopolitano Eutygio, ab Apollinari Alexandrino, Domnino Antiocheno, Elia Thessalonicensi, aliisque, qui Confessionis prioris participes non fuerant; huic vero subscripserunt, aut eam separatim tradiderunt. Ita Apollinarem legitimum Patriarcham Alexandrinum agnovit Papa, qui postquam ipsi, prima fidei Confessione tradita, fuisset satisfactum, relicta S. Euphemie Ecclesia Constantinopolim redie-

Conc. V.
Coll. 1. p. 428

redierat. Huic secundæ respondit die ^{Sæculum VI.}
 altera Januarii septima eam approbans A. C. 553.
 & promittens, Conventum agere, in quo
 Quæstio de tribus Capitulis definiretur.
 Postea vero Papa ab Imperatore petiit,
 ut Concilium in Italia, vel saltem in Si-
 cilia celebraretur, atque etiam Episcopi
 Africæ aliarumque Provinciarum latino
 sermone utentium advocarentur. Id
 obtinere non potuit, sed tantum illud in-
 ter ipsos decretum, ut Papa nomina E-
 piscoporum ex Provinciis Latinis, qui
 cum ipso deliberaturi essent, Imperatori
 traderet. Deinde paucis diebus ante
 Pascha, quod illo anno 553. in vigesimam
 Aprilis incidebat, statutum, ut Episcopi
 tam Græci quam Latini Constantinopoli
 præsentem pari utrinque numero de tri-
 bus Capitulis conferrent.

p. 349.

§. XLIII.

*Secundum Concilium Constantinopoli-
 tanum, Universale quintum.
 Collatio prima.*

Omnibus his pactionibus neglectis, O-
 rientales anno Justiniani vigesimo se-
 ptimo, post Consulatum Basilii duodeci-
 mo, Indictione prima, quarto Nonas
 Maji, id est, quarta Maji, anno 553.
 in Conclavi Cathedralis Ecclesiæ
 Constantinopolitanæ Concilio initium
 dederunt. Sessiones hujus Concilii

Y y 3 Col-

Sæculum VI.
A. C. 553.

to. 5. Conc.
p. 416.

Collationes appellantur. Primæ interfuere tres Patriarchæ, Euty chius Constantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, & Dominus Antiochenus. Tres Episcopi ab Eustochio Patriarcha Jerosolymitano delegati. Benignus Episcopus Heracleensis in Pelagonia (*) Eliæ Thesalonicensis Vicarius. Theodorus Ascidas Episcopus Cæsariensis in Cappadocia, omnium Turbarum Auctor. Andreas Episcopus Ephesinus, Sextilianus Episcopus Tunetanus Primasii Carthaginensis Mandatarius. Tum visuntur nomina Megethii Heracleensis in Thracia, Anastasii Tabiensis Vicarius Dorothei Ancyrani. Multi Metropolitæ, & universim centum quinquaginta & unus Episcopi, quos inter Africani quinque, numerantur.

Jam

(*) Unser Uebersetzer hat hier den Fleury verbessern wollen, und Paphlagonia gesetzt. Allein er ist ein unwissender Geographus. Pelagonia war eine Landschaft in Macedonien, von welcher Carolus Stephanus so schreibt: Pelagonia Regio Siciliae Alii, ut Plinius, in Macedonia ponunt, & Tripolim dicunt, Auctore Strabone, quod tribus urbibus constaret. Dieser Fehler rühret von seiner Unwissenheit her. Seine Nachlässigkeit erkiehet man auf eben dieser seiner 300. Seite, da er anstatt Præfectus Africae, gesetzt: Diaconus Africae.

Jam anno superiore 552. Reparatus **Sæculum VI.**
 Archiepiscopus Carthaginensis, Firmus **A C 553.**
 Primas Numidiæ, Primasius & Verecun- **Vict. Tun.**
 dus Episcopi Provinciæ Byzacenæ Con- **Chr. an. 552.**
 stantinopolim venerant, ut Mandatis Im- **553. Epist.**
 peratoris obtemperarent. Cum minis, **Leg. to. 5.**
 blanditiisque tentati, ut in damnationem **Conc. p. 408.**
 trium Capitulorum consentirent, supe-
 rari non possent, accusatus est Repara-
 tus Episcopus, quod Auctor fuisset Ty-
 ranno Guntarito, ut Areobindum Magi-
 strum Militiæ interficeret. Hac calu-
 mnia oppressus, deponitur, omnibus, quæ
 ad se suosque in ista Profectione susten-
 tandos attulerat, spoliatur, & Eucaitam
 in Ponto in exilium mittitur. Igitur
 Primasius Diaconus ipsius Apocrisiarius,
 damnatis tribus Capitulis, Episcopus Car-
 thaginensis Clericis populoque invitis
 ordinatur, & non sine multis cædibus &
 sanguine in Sedem intruditur. Præfe-
 ctus Africae Constantinopolim misit ali-
 quot Episcopos, ut omnia, quæ secun-
 dum Imperatoris voluntatem acta fue-
 rant, suis suffragiis confirmarent. Con-
 quisivit vero tales, quorum avaritiam
 & ignorantiam nemo nesciebat. Unus
 ex illis ante sexennium Constantinopoli
 commissi adulterii convictus fuerat.

Tales ergo erant Episcopi Africae, qui
 soli ex toto Occidente in Concilio Con-
 stantinopolitano sederunt.

Sæculum VI.

A. C. 553.

p. 419.

Initium Con-
cilio Constan-
tinopolitani.

4. Maji.

Episcopis confidentibus, jussus est intrare Theodorus Silentarius afferens Imperatoris Edictum, quod statim prælectum. In eo Justinianus affert exempla Imperatorum Antecessorum suorum, qui quatuor Concilia celebrari curarunt. Refert etiam, quid egerit Leo Imperator, qui Episcopos super Auctoritate Concilii Calcedonensis consuluerat, Schisma postea exortum, & Ecclesiarum Reconciliationem, cujus Auctorem se solum, ommissa de Justino mentione, facit. His addit: *Cum jam Nestoriani non amplius audeant Nestorium nominare, substituant Theodorum Mopsuestenum Nestorii Magistrum, qui longe peiores blasphemias effutiit, item Libros impios Theodoretæ contra S. Cyrillum, & Epistolam detestabilem Ibae, dicuntque, eam a Concilio Calcedonensi fuisse approbatam. Id autem affirmant, non ad defendendum Concilium, sed ut sub Concilii Nomine Impietati suæ Auctoritatem concilient. Itaque ut malis eorum artibus nos opponeremus, primum consilium vestrum, cum adhuc in Ecclesiis vestris essetis, expetivimus, vosque, quid sentiatis, aperuistis, & Impietatem damnastis. Quia tamen non nulli sunt, qui adhuc dum impia hæc tria Capitula obstinate defendunt, vos in istam Civitatem convocavimus, jamque hortamur, ut magna concordia mentem vestram*

vestram hac super re exponatis. Post-Sæculum VI.
quam Vigilius Papa antiquæ Romæ adve- A. C. 553.
nit, cum ipsi omnia, de quibus ageretur,
explicassemus, sæpius datis litteris tria
Capitula damnavit. () Imo Rusticum*
& Sebastianum Diaconos, qui accepta
ipsius Definitione, ea tamen volebant de-
fendere, damnavit. Hac super re ad Va-
lentinianum in Scythia, & Aurelianum
Arelatensem, qui primæ Galliarum Eccle-
siæ præest, Epistolas dedit, atque, ut pau-
cis dicam, eandem semper mentem reti-
nuit. Ex quo in banc Civitatem adve-
nistis, vobis, & ipsi Epistolarum commer-
cium fuit, ut hac super quæstione commu-
ne iudicium ferretis. Mandavimus ei,
ut vobiscum ad Concilium veniret; sed
nobis respondit, se sententiam suam sepa-
ratim esse traditurum. Hortamur vos
igitur, ut vestra quoque ex Parte tria
Capitula examinetis. Tum Imperator
concludit Epistolam in hunc modum:
Si quis de Fide sua interrogatus, respon-
sionem diu differat, veritatem confiteri
erubescit. Nam in hac Causa nemo pri-
mus, nemo secundus habetur, sed qui prom-
ptius respondet, is apud Deum acceptissi-
*mus est. (**)* Hæc Vigilium Papam tan-
 gunt. Y y 5 Hac

p. 414.

(*) Id solummodo limitate, addita explica-
 tione & restrictione factum.

(**) Hic speciosissime arguitur Justinianus,
 magnus

Sæculum VI. Hac Lectione finita & Theodoro Si-
 A. C. 553. lentiario exire iussu, Fidei Professio, Vi-
 p. 429. gilio sexta Jan. ab Eutychio tradita, &
 Papæ Responsum lecta. Tum Concilium
 dixit: *Etsi Judices & ex Nobis aliqui
 sæpe Vigilium Papam hortati fuerint, ut
 in nostrum Conventum veniret, & simul
 omnes Quæstionem de tribus Capitulis de-
 finiremus, justum & rationi consenta-
 neum existimamus, si mittamus, qui eum
 hac etiam vice invitent.* Ergo rogante
 Concilio tres Patriarchæ Euty chius Con-
 stantinopolitanus, Apollinaris Alexandri-
 nus & Dominus Antiochenus, multi Me-
 tropolitæ aliique Episcopi numero octo-
 decim Papam adierunt. Inde ad Conci-
 lium reversi dixerunt: *Papa dixit; se
 modo invaletudine affectum nobis respon-
 dere non posse, & promisit, se crastina
 nos certiores redditurum, quid statuisset.*
 Hic primæ Collationis finis.

§. XLIV.

Collatio secunda.

8. Maji. Collatio secunda post quatrimum nem-
 pe 8. Maji celebrata. Actis Colla-
 tionis primæ recitatis, Patriarchæ cete-
 rique ad Papam ante dies quatuor missi
 dixerunt: *Juxta promissum, quod nobis
 dede-*

magnus quidem Imperator, sed major futurus,
 nisi Theologus esse voluisset.

dederat *Vigilius Papa, ante biduum in a-* Sæculum VI.
A. C. 553.
des ejus nos contulimus, nempe sexta bu-
jus Mensis. Respondit; non posse se ad
Conventum nostrum accedere, quod Epis-
copi Orientis adsint plurimi, suorum ve-
ro pauci, sed sententiam suam in tabellas
relaturum, & Imperatori traditurum.
Diximus ei: scis, in litteris vicissim in-
ter nos datis & acceptis te promississe ven-
turum ad Conventum Episcoporum, qui
nostræ Communionis essent. Nos in tua
Communione sumus, nec expedit, ob ab-
sentiam Episcoporum Occidentalium Rem
differre. In præcedentibus quatuor Con-
ciliis Occidentales nunquam magno nume-
ro adfuere, sed solum duo tresve Episcopi
& aliquot Clerici. Hodie Tu præsens
es, & multi alii Italiæ Episcopi. Ad-
sunt quoque aliqui ex Africa & Illyrico.
Nihil obstat, quo minus congregemur, &
in Charitate totam causam finiamus. Si
venire nolueris, tamen conveniemus; nam
æquum non est, ut longiore dilatione Im-
peratori, & Populo fidei scandali occasio-
nem præbeamus. Addidimus, nos omnia
ad Imperatorem delaturos. Detulimus,
promisitque Imperator, missurum se ad
Papam Viros Magistratu eminentes, &
Episcopos, qui iterum urgerent, ut ve-
niat.

P. 430.

8. Maji.

Aderant quoque Magistratus, scilicet,
 Liberius, Petrus, Patricius, & Constan-
 tinus

Sæculum VI. A.C. 553. p. 431.

tinus. Hic, cum Quæstor esset, omnium
 Nomine dixit: *Prima Die hujus Mensis,*
accepto ab Imperatore mandato, Vigilium
Papam adivimus cum Patriciis Bellisario,
Cetbego, & Rustico. Rursus ipsum adi-
vimus septima hujus Mensis cum Theodo-
ro Cæsariensi, Benigno Heracleensi aliis-
que Episcopis. Hos duodecim numero
nominat. Quoties Papam adivimus, to-
ties nomine Imperatoris diximus; omni-
bus esse libertatem ad Concilium veniendi,
eosque, qui tria Capitula defendere vel-
lent, id omni metu vacuos facere posse.
Post plures alios sermones petiit sibi con-
cedi moram, qua ipse solus Responsum da-
ret. Diximus: Solus tria Capitula da-
tis litteris & viva voce sæpius damnasti;
sed vult Imperator, ut hac de re cum aliis
consilia communices. Ad moram quod
attinet, jam tibi Imperatoris jussu di-
ctum, si promittas ad Concilium venire,
moram tibi quantam cupis, & etiam lon-
giorem concessurum. Si autem Senten-
tiam tuam separatim tradere velis, oportet
etiam, ut Episcopi, ob istam Causam
vocati, & tam longo tempore hic commo-
rati, Sententiam suam Synodalem pro-
nuncient. Diutius ferre non possumus
Ecclesiam perturbari, & illud præprimis
tollendum est scandalum, quod Hæretici
Episcopos calumniantur, & turpem Ne-
storiana Hæresis Notam aspergant. Epis-
copi

432.

copi quoque ad Papam missi, quid egissent retulerunt, nempe aliud nihil, quam quod dixerant Magistratus. Hi Concilio exierunt, postquam Episcopos fuissent hortati, ut brevi hanc causam secundum doctrinam quatuor Conciliorum deciderent.

Patres deinde delegatis Episcopis tribus & totidem Presbyteris, Primasium Episcopum Adrumetinum Provinciae Byzacenae, & Episcopos tres ex Illyrico Sabinianum, Projectum & Paulum invitaverunt, ut ad Concilium venirent. Primasius respondit: *Non ibo, nisi Papa adfuerit.* Tres Episcopi ex Illyrico edixerunt; non posse se alteri cuiquam respondere nisi Archiepiscopo suo Benenato, cujus Sententiae essent accessuri. Tum Concilium dixit: *De Primasio suo tempore secundum Canones decernetur. Tres vero Episcopi Illyrici, ut petierunt, jungent suffragia sua Benenato, qui nobis consentit; id enim apparet ex eo, quod Episcopus Phocas Suffraganeus & Vicarius ipsius in Concilio praesens sit. Ceterum, ne adhuc amplius cunctemur Imperatori Responsum dare, cras, quod justum est, faciemus.*

§. XLV.

Collatio tertia & quarta.

Itaque die sequente Nona Maji ad tertiam

9. Maji.

Seculum VI. tiam convenerunt Collationem, in qua
A.C. 553. aliud nihil actum, nisi quod declarave-
 rint, se Fidem quatuor Conciliorum U-
 niversalium tenere, & damnare ea omnia,
 quæ his Conciliis adversa essent, vel
 contumeliosa. Præterea sequi se omnes
 Patres Orthodoxos, nominatim S. Atha-
 nasium, S. Hilarium, S. Basilium, S. Gre-
 gorium Nazianzenum, S. Gregorium Nyf-
 senum, S. Ambrosium, S. Augustinum,
 Theophilum, S. Joannem Chryostomum,
 S. Cyrillum, S. Leonem, & Proclum.
 Trium Capitulorum Examen in alium
 diem distulerunt.

p. 434.
p. 435.
 Id factum 12. Maji in Collatione quar-
 ta; in ea enim Doctrinam Theodori Mo-
 psuesteni ad Examen vocarunt. Recitari
 iussa sunt diversa ex libris ejus Excerpta
 in Septuaginta & unum Articulos divisa,
 semper citato, unde textus desumptus
 erat, libro. In illis Theodorus dicit;
 non Deum, Verbum Consubstantiale Pa-
 tri, natum esse ex Virgine, sed Templum
 ejus. Imo dubitat, an in eo habitave-
 rit, quamprimum formatum fuisset; (*)
 sed

12. Maji.
p. 436.
n. 2.
 Doctrina
 Theodori
 Mopsuesteni.

(*) Hier sind des Fleury Worte folgende: Il y dit, que ce n' est pas Dieu, le Verbe Consubstantiel au Pere, qui est né de la Vierge; mais son temple: encore doute-t-il, s' il y habitoit dès qu' il a été formé. Und müssen unstreitig so gegeben werden, wie ich solche übersezt. Aber

sed credit, illud a Verbo sensim perfe- Sæculum VI.
 ctionem accepisse, atque ob conjunctio- A. C. 553.
 nem suam cum Natura Divina adorari.
 Quando S. Thomas exclamasset: Domi- n. 9.
 nus meus! & Deus meus! ipsum hæc
 verba non direxisse ad Jesum Christum, Joan. 20 28.
 sed ad Deum, quem laudabat, quod JE-
 sum resuscitasset. Fideles baptizari in n. 16.
 Nomine Jesu Christi, eo modo, quo S. Act. 2. 38.
 Paulus dicit, Israelitas fuisse baptizatos
 in Moyse. Item Christianos Nomen I. Cor. 10. 2.
 suum a Christo, sicut Platonici, Epicu-
 rei, Marcionitæ & Manichæi a Sectarum
 suarum Auctoribus accepisse.

Jesum Christum esse Imaginem Dei,
 eumque ita honorari, sicut Imagini Prin- n. 18. n. 46.
 cipis honor exhibetur. Jesum Christum n. 48.
 esse Filium adoptivum sicut alios, & ma-
 nife

Aber der protestantische Uebersetzer hat sie auf sei-
 ner 303. Seite also gegeben: Er behauptete . . .
 daß nicht Gott, oder das dem Vater gleich-
 wesentliche Wort von der Jungfrau gebo-
 ren worden, sondern daß sie nur sein Tem-
 pel gewesen; dabey zweifelte er noch ob er
 darinn gleich nach der ersten Bildung ge-
 wohnet zc. Ich habe schon öfters angemerkt,
 daß unser Uebersetzer mit der Gottesgelehrtheit
 nicht verwandt sey. Nempe Theodorus non di-
 cebat, Beatam Virginem, sed natum ex ea Ho-
 minem Templum Dei seu Verbi fuisse. Multos
 alios Interpretis Protestantis errores brevitatis
 causa prætereo.

- Sæculum VI. nifestare illum, qui est verus Filius, id
 A. C. 553. est, Verbum. Illum, qui dicitur Verbum,
 n. 19. alium esse ab Homine, quem assumpsit,
 dicebatque, se utriusque distinctionem
 probare. Affirmabat, illos Prophetiarum
 sensum detorquere, qui de JESU Christo
 n. 20. 21. acciperent dictum, quod de Populo aut
 de Davide dicebatur. Imo ita explica-
 bat Psalmum vigesimum primum, & se-
 n. 22. 23. xagesimum octavum. Dicebat, Ange-
 24. los JESU Christo servire tanquam Dei a-
 26. mico. JESUM Christum acrius adversus
 n. 27. pravos affectus Animæ quam adversus
 dolores Corporis pugnasse, atque ad eos
 superandos per operationem Divinitatis,
 quæ habitabat in ipso, animum suum ex-
 ercuiffe. In hoc Lectionis loco Conci-
 lium exclamavit: *Istud jam semel a no-
 bis damnatum. Anathema Theodoro Mop-
 suesteno! Anathema Theodoro & Libris
 ejus! Istud contrarium Ecclesiæ, contra-
 rium Patribus, & Impietate plenum est.
 Theodorus Juda melior non est.*
- Lecti deinde plures Textus de In-
 n. 28. carnatione, ubi dicebat: *Non est majus
 prodigium, solem fuisse obscuratum pro-
 pter Templum Verbi Crucifixi, quam
 eundem jubente Josue, & orante Ezechia
 12. Maji. stetisse.* Et iterum: *Quando Naturas
 n. 29. distinguimus, dicimus, dari unam Natu-
 ram perfectam Verbi, & unam Personam
 perfectam. Nam dici non potest, dari sub-
 sisten-*

istentiam perfectam sine Persona. Admittimus etiam unam Naturam perfectam

Sæculum VI.

A.C. 553.

Homini, & unam Personam. Sed quando ad Conjunctionem attendimus, dicimus,

Errores de
Incarnatione

unam tantum esse Personam. Rursus:

n. 30.

Non potest dici, Verbum vel per substantiam vel per operationem inhabitare, sed solummodo per Bonam Voluntatem. Item:

Jesus accepit unctionem Spiritus S. tanquam Meriti sui, & Puritatis, justam

n. 31. 39.

Mercedem. Justificatus & mundatus est

n. 41. 42.

Virtute Spiritus S. atque ad Immortalitatem & Incorruptibilitatem translatus.

Porro dicebat: Si quis quærat, an

49. 53.

Maria sit Mater Homini vel Dei. Respondendum; ipsam esse utrumque. Matrem Homini per Naturam, Matrem Dei

n. 43.

per Relationem; quia Deus erat in illo

n. 44.

Homine, qui ex ea natus est. Item: Homo natus ex Maria est Filius Dei per

Gratiam, Verbum autem per Naturam. Filius Mariæ non est Verbum, & Verbum non habet duplicem Nativitatem, unam æternam, in tempore alteram. Rursus: Verbum sua Præscientia cognoscens

n. 45.

Virtutem Domini Nostri, in eo voluit

n. 54.

habitare ab initio ipsius Formationis, eundemque per Voluntatem sibi uniens, majorem ipsi dedit Gratiam, quia inde in omnes Homines erat diffundenda.

Non nulli alii quoque Textus producebant, ex quibus probabant, Theodor-

n. 57. 61.

Hist. Eccles. Tom. VII.

Zz rum

Sæculum VI. rum eodem modo facere Deum Aucto-
 A. C. 553. rem Mali ac Boni, & asserere, Deum
 permisisse Peccatum tanquam nobis ma-
 gis expediens. Tandem recitati fuere
 Textus, in quibus Librum Job, & Can-
 ticorum, contemptui habebat, & ipsius
 Symbolum in Concilio Ephesino damna-
 tum. Tunc Concilium Constantinopo-
 litanum exclamavit: *Diabolus hoc Sym-
 bolum procudit! Anathema illi, qui hoc
 Symbolum conscripsit! illud Concilium
 Ephesinum unacum Auctore suo damna-
 vit. Non novimus aliud, nisi Symbolum
 Nicenum. Anathema Theodoro Mopsue-
 steno, Anathema illis, qui eum non ana-
 thematizant. Qui eum defendunt, Ju-
 daeis & Paganis deteriores sunt. Pluri-
 mos annos Imperatori! Ecclesiam mali-
 gna peste purgasti. Anathema Theodoro
 & Libris ejus dicimus. In aliam diem
 distulerunt ea examini subicere, quæ
 Patres, Leges, & Historiarum Scriptores,
 contra Theodorum vel scripserant, vel
 decreverant.*

§. XLVI.

Vigilii Papæ Constitutum.

Interim Vigilius Papa, ut promisso sta-
 ret, traditurum se Sententiam suam
 de tribus Capitulis a Sententia Concilii
 separatam, amplissimum Decretum scri-
 psit, quod *Constitutum* appellatur, ut eo
 faci-

facilius a priore, quod *Judicatum* dici-
 tur, discernatur; quamvis tamen non
 nunquam hæc nomina confundantur,
 nam re ipsa unum & idem significant.
Constitutum ad Imperatorem dirigitur,
 & in exordio ponuntur duæ Fidei Con-
 fessiones, a Menna & Eutychio Succes-
 sore ejus olim Papæ traditæ. Deinde
 subjungit, cum ea, quæ ipsi fuissent pro-
 missa, non servassent, ut nempe Episco-
 pi ex Oriente & Occidente numero pa-
 ri congregarentur, sed econtra compell-
 leretur, Responsum suum de tribus Ca-
 pitulis tradere, petiisse se ob ægritudi-
 nem corporis viginti dierum moram,
 jamque Episcopos rogare, ut constitutos
 dies expectent, & antiquam Regulam
 observent nullam sententiam pronuncian-
 tes, donec Sacra Sedes Judicium suum
 vulgasset.

Tum Papa prosequitur in hunc mo-
 dum: *Acta Conciliorum, Decreta Papa-
 rum Antecessorum Nostrorum & alias
 tabulas necessarias maturo examine dis-
 cussimus. Vidimus etiam Volumen Char-
 taceum, quod Nobis vestrum omnium No-
 mine Benignus Episcopus Heracleensis tra-
 didit, plenum Blasphemis execrabilibus,
 & opinionibus Fidei Catholicæ contrariis.
 Has, ut sequuntur, damnavimus.* Papa
 deinde refert articulos sexaginta ex Li-
 bris Theodori Mopsuesteni excerptos;

Sæculum VI. sed ipsa opera non citat. Sunt vero ferme iidem, qui in Concilio prælecti fuere. A. C. 553. Articulorum singulorum sensum perversum explicat, & addito Anathematismo damnat.

Itaque Papa rejectis erroribus, qui Theodoro tribuebantur, prohibet sub Anathematis pœna, ne quis inde occasionem Patres & Doctores Ecclesiæ calumniandi arripiat, & subjungit: *Quia Articuli isti Nomen Theodori Mopsuesteni præferunt, iis omnibus conquisitis, quæ Patres de ipso dixerunt, invenimus, quod S. Cyrillus ad Joannem Antiochenum scripserit, Patres Concilii Ephesini Symbolum Theodoro attributum damnantes pro sua Discretione de ipsius Persona mentionem non fecisse; quod ut certo sciremus, Concilium Aëta inspeximus. His S. Cyrillus adjicit, mortuis non esse insultandum. Proclus eodem modo in Causa Theodori locutus est, & errores, qui ipsius esse dicuntur, ipso non nominato damnavit. Nec in Concilio Calcedonensi quidquam legimus, quod Theodori Mopsuesteni memoriam sædaret, etsi Concilium illud mentionem faciat de Epistola Joannis Antiocheni ad Theodosium Imperatorem data, in qua dicit, Theodorum vita functum damnari non debere.*

Postea inquisivimus, an Antecessores Nostri quidquam contra Mortuos, cum luce

luce fruere, necdum damnatos, decre-
verint, & invenimus, Auctoritatem Leo-
nis & Gelasii ejusmodi damnationi con-
trariam esse. Idem observatum legimus
in Causa Joannis, & Flaviani Constanti-
nopolitani, quos licet, cum viverent, eje-
ctos nemo pro damnatis habuit. Eusebius
refert in sua Historia, Dionysium Ale-
xandrinum eo adduci non potuisse, ut Ne-
stem, ut ut Millenarium, sed jam defun-
ctum, damnaret. His omnibus mature
pensatis Theodorum Mopsuestenum damna-
re non audemus, nec permittimus, ut quis-
quam alius eum condemnet.

Transeamus ad Libros, qui Theodoretum
dicuntur. Miramur admodum, invenire
esse aliquos, qui rem hujusmodi objicere
possint Episcopo, qui ante annos centum
Judicium Concilii Calcedonensis sponte
subiens eidem Concilio & S. Leonis Epi-
stolis nullus hæsitans subscripsit. Quam-
vis Dioscorus & Ægyptii illo tempore
dicerent, ipsum esse Hæreticum, tamen
Patres Nostri, postquam Fidem ejus accu-
rate examinassent, nihil aliud ab ipso pe-
tierunt, quam ut Nestorio, & Doctrinæ
ejus Anathema diceret, quod elata voce
toto Concilio præsentate fecit. His pensa-
tis quidam Errores Nestoriani tanquam
ab ipso profecti damnari non possunt, nisi
simul Patres Calcedonenses Mendacii aut
Dissimulationis arguantur. Nec creden-

Sæculum VI.
A. C. 553.

p. 366.

Euseb. VII.
Hist. c. 24.
Sup. L. VII.
§. 51.

p. 397.

Theodoretum
Apologia.Sup. L.
XXVIII.
§. 24.

Sæculum VI. dum, Patres ignorasse, quantam injuriam
A. C. 553. Theodoretus S. Cyrillo intulisset, dum e-
jusdem duodecim Capitula oppugnavit;
 sed potius secuti sunt Exemplum ipsius
 S. Cyrilli, qui Pacis amore omnia ab O-
 rientalibus contra ipsum scripta silentio
 involvit. Sed quid amplius Theodoro
 exprobrari possit, qui, postquam ex Epi-
 stolis S. Cyrilli in Concilio Calcedonensi
 recitatis vera ipsius sensa cognovisset, lau-
 davit Doctrinam illius, quem in Fide
 p. 361. falli perperam suspicatus fuerat. Igitur
 omnibus & singulis prohibemus, ne quid-
 quam, quod Theodoreti memoriæ noceat,
 proferant; verumtamen salvo ipsius Per-
 sonæ debito honore omnes libros, qui ejus
 aut cujuscunque alterius Nomen præfe-
 runt, & aliqua Nestorii aut cujuscunque
 alterius Hæretici erroribus consentanea
 continent, damnamus. Tum Papa quin-
 que Anathematismos pronunciat contra
 errores, qui in Libri Theodoreti Hære-
 sin olere dicebantur. Exinde prosequi-
 tur in hunc modum:

p. 369. Jam de Epistola Ibæ differendum. Ex
 Actis Concilii Calcedonensis cernimus,
 quod perlectis monumentis, præsertim hac
 Epistola, Ibas innocens & Orthodoxus
 fuerit declaratus. Ipsam Epistolam Or-
 thodoxam edixerunt, quia illam Fidem
 amplectitur, quæ Reconciliationis S. Cy-
 rylli cum Joanne Antiocheno & Orien-
 talibus

talibus fundamentum fuit; ideo tamen ^{Sæculum VI.} Patribus minime probabantur obtrectationes, ^{A. C. 553.} quas eadem Epistola contra S. Cyrillum continebat. Ipse Ibas illam a se S. Cyrillo injuriam retraçtavit, postquam Capitulorum ipsius sensum melius percepisset, & ideo, quia retraçtavit, Orthodoxus judicatus est; nam diserte professus est, se Concilii Epbesini Definitionem recipere. Duodecim S. Cyrilli Capitula ideo rejecerat, quia, cum illa non satis intelligeret, credebat, in iis Naturarum distinctionem negari. Postquam eorum Explicationem intellexit, recepit. Dioscorus & Eutyches S. Cyrillum laudabant, quia ipsum male interpretantes credebant Hæresin suam ab eo doceri; e contra Ibas eundem reprebendebat, credens eam ipsam Hæresin se in ejus Libris deprebendisse. Ita sentiens Ibas Catholicus erat, & quia Catholicus, in Latrocinio Epbesino a Dioscoro depositus, & in Concilio Calcedonensi restitutus est. Hinc statuimus, & decernimus, ut Judicium hujus Sancti Concilii de Epistola Ibae latum, sicut de ceteris omnibus, ratum, firmissimumque sit.

Tandem Papa, ut summatim ostendat, quam sancte Concilii Calcedonensis Auctoritas defendi debeat, Excerpta affert ex Epistolis S. Leonis, & Simplicii, atque etiam ex suo Judicato, quod

Zz 4 aliquan-

p.371.

p.373.

Sæculum VI. aliquando traditum rursus receperat, &
 A. C. 553. quantum ad tria Capitula pertinet, re-
 tractat. In Conclusionem prohibet omni-
 bus, in quacunque Dignitate Ecclesiasti-
 ca sint constituti, ne quidquam huic præ-
 cepto contrarium decernant. Hujus-
 modi est *Constitutum* Vigiliæ Papæ. Cum
 eo Episcopi sexdecim & tres Ecclesiæ
 Romanæ Diaconi, quos inter Pelagius,
 ipsius post hæc Successor, occurrit, sub-
 scripserunt. Actum istud 14. Maji hoc
 anno 553. datum est; sed Imperatori de-
 mum post dies undecim, id est, vigesi-
 ma quinta Maji traditum. Interim hu-
 jus Constituti ratio nulla habita est;
 quamvis sapientissima videatur Papæ mo-
 deratio, qua errores damnat, & Perso-
 nis parcat. (*)

§. XLVII.

Collatio Quinta.

Interim Patres Concilii Constantinopo-
 litani non cessabant. In Collatione
 quinta

(*) Profecto! hoc Vigiliæ Papæ Constitutum non solum Doctrinæ veræ, seu Catholicæ, sed etiam Summæ Auctoritatis & Sapientiæ, Potestatis & Moderationis Notas habet. Præterea ea omnia, quæ præcesserunt, & ipsius Concilii Constantinopolitani initia attente legenti liquet, tam Imperatorem, quam Concilii Patres persuasum sibi habuisse, nihil firmum & irrevocabile, nisi Papæ consensus accederet, statui posse.

quinta Die 17. Maji statim aliqua ex li-^{Sæculum VI.}
bris S. Cyrilli contra Theodorum lecta ^{A. C. 553.}
sunt Excerpta, ubi Theodori verba prius
referebat, & deinde refutabat, probans, ^{p. 456.}
ipsum Incarnationis Mysterium, & ex ^{v. Not. Ba-}
consequenti Redemptionem Humani Ge- ^{lux. p. 463.}
neris subvertere. Tum lectus est Libel- ^{Sup. L.}
lus Proclo Episcopo Constantinopolita- ^{XXVI. §. 47}
no a Clericis & Monachis Armeniæ con-
tra Theodorum traditus, & pars Re-
sponsi, quod Proclus dederat. Lectæ
sunt S. Cyrilli Epistolæ quatuor, & illa
etiam quam Rabbula Edessenus ad eum
dedit. Lectus est aliquis locus Historiæ
Ecclesiasticæ Hesichii Presbyteri Jeroso- ^{p. 470.}
lymitani, quæ amplius non superest, ubi
dicit, Theodorum Mopsuestenum, Ju-
dæorum Principia secutum, commenta-
tum esse in Psalmos, & omnes Prophe-
tias de Jesu Christo rejecisse. Hanc ob
rem increpitum, & retractare compul-
sum, cumque promississet librum suum
flammis se traditurum, illum occultasse.
Illum diu ob ignobilitatem Sedis suæ o-
mnibus ignotum latuisse, & pauculos
Discipulos, quos suis inficiebat erroribus,
habuisse. Tandem in Senectute decre-
pita Libros contra Incarnationem scri-
psisse. Leges postea duæ Theodosii Ju-
nioris contra Diodorum Tarsensem, Theo-
dorum Mopsuestenum & Nestorium latæ
recitatæ sunt. Rursus una Epistola Theo-

17. Maji.

Zz 5

phili

Sæculum VI. A. C. 553. philii Alexandrini ad Porphirium Antiochenum, & alia S. Gregorii Nazianzeni ad Theophilum de illis, qui errores Pauli Samosatani suscitabant. Tum aliquot loca Theodoretii, ubi fatebatur, Theodorum accusari, eumque defendere conabatur.

p. 745. Alia postea lectæ sunt tabulæ, ut ea, quæ afferebantur ad Defensionem Theodori, refellerentur. Productæ sunt Epi-

Greg. Naz. stolæ S. Gregorii Nazianzeni ad Episcopum nomine Theodorum, ex quibus maxima fuisse inter ipsos animorum concordia videbatur. Tunc Euphrantas Episcopus Tyaneus assurgens dixit: *Fal-*

p. 478. *luntur illi, qui credunt, Gregorium Beate Memorie has Epistolas ad Theodorum Mopsuestenum dedisse. Ego vero, qui Episcopatum Tyaneum teneo, & in ea Provincia natus sum, veritatem vobis pandam. Fuit S. Gregorii ætate in Civitate mea Episcopus, cujus Nomen Theodorus adhuc hodie in Diptychis legitur. Illo tempore Dobara & Nazianzum urbes erant Tyanae subjectæ, quas piissimus noster Imperator subjecit Civitati, olim Mucissæ, & hodie Justinianopoli dictæ, dum eam jussit esse Metropolim. Inde est, quod S. Gregorius ad Theodorum Tyaneum scribens mentionem facit de Bosphoro Episcopo Dobarensi, qui accusabatur, & eum rogat, ut alium loco sui Nazianzenis*

nis Episcopum det. Cilicia vero secundum Sæculum VI.
 da, in qua Mopsuestia posita est, & Cap- A. C. 553.
 padocia secundæ nihil commune; cum Ci-
 licia prima interjaceat, & S. Gregorius
 de Regimine Ecclesiarum Cappadocia se-
 cundæ & ordinando in illa Provincia E-
 piscopo ad Episcopum exiguæ Civitatis
 alteri Metropolitanæ subjæctæ scribere non
 potuerit. Theodosius quoque Episcopus
 Mucissenus seu Justinianopolitanus e Se-
 de sua surrexit, & ab Euphranta dicta
 suo testimonio confirmavit.

Tum Quæstio celebratissima agitari p.479.
 cœpta, an liceat condemnare mortuos.
 Ante omnia lectus est locus S. Cyrilli, id
 licere affirmantis. Quo audito Sexti-
 lianus Episcopus Africæ surrexit, & di-
 xit: *Mei officii esse existimo, Concilium*
edocere, multos Episcopos in quodam Con-
ventu decrevisse, ut Episcopi, qui deceden-
tes Bona sua Hæreticis reliquissent, post Mortui da-
mortem anathematizarentur. Habemus mnandi.
quoque Epistolas Augustini S. Memoria,
in quibus legitur, illis, qui pravæ Doctri-
næ inbæserunt, post mortem Anathema esse
dicendum, si ipsorum errores patefiant.
 Lecti aliquot Textus S. Augustini, ubi ad
 Donatistas dicebat: *Si probare possitis,*
Cæcilianum ceterosque, quos accusatis,
fuisse Traditores, vere reos esse, ipsos e-
tiam mortuos anathematizabimus. Be-
 nignus Heracleensis subdidit: *Ita Eccle-*
sia

Sæculum VI. A. C. 553. *ſia anathematizat Valentinum, Marcionem, & Baſilidem, jam defunctos, etiamſi in nullo Concilio damnati fuerint. Eunomius & Apollinaris nibilo melius habiti. Ipſa Eccleſia Romana ante paucos annos Dioſcorum vita functum, qui ejusdem Eccleſiæ Papa fuerat, anathematizavit. Nempe de Dioſcoro Antipapa, ſeu Bonifacio II. anno 529. loquitur.*

17. Maji.
Sup. L.
XXXII.
§. 21.

Sup. L.
XXVI. §. 37

Ad Theodori Mopſueſteni Deſenſionem afferbantur Epistolæ S. Cyrilli ad Joannem Antiochenum & ad Proclum Constantinopolitanum datæ, in quibus dicebat; etſi Theodorus Mopſueſtenus graves errores docuiſſet, tamen nominatim eum damnari non oportere, ut ſervaretur Diſcretio, Orientalium animi non irritarentur, & ignis, qui jam per reconciliationem ipſius cum Joanne Antiocheno ſopitus eſſet, reſuscitaretur. Ad hunc articulum Theodorus Cæſarienſis Nomine Concilii reſpondit: *Ipſe S. Cyrillus ſcripſit adverſus Theodori errores, cum videret, quantus numerus hominum perverteretur. Proclus eodem, & ex conſequenti eorum Auctorem condemnavit. Tandem quia Theodori Seditatores hac Patrum Noſtrorum moderatione & Diſcretione abuſi ſunt, jam non amplius expedit illis parcere. Porro ut condemnationem Perſonæ juſtam eſſe oſtenderet, adducit Exemplum S. Pauli,*
ad

17. Maji.
Gal. 5. 2.
Coloſſ. 2. 19.

ad tempus Cæremonias Legales obser- ^{Sæculum VI.}
 vari tolerantis. Exempla SS. Basilii & ^{A. C. 553.}
 Athanasii, qui postquam cum Apollinari ^{Sup. XVII.}
 prius communicassent, ipsum damnave- ^{S. 34.}
 rant, & S. Leonis Papæ, qui ab initio Eu- ^{Basil. ep. 82.}
 tychen approbare videbatur.

Præterea Theodorus Cæsariensis ut ^{Sup.}
 pluribus demonstret, mortuos conde- ^{XXVII.}
 mnari posse, affert Exemplum Origenis ^{S. 23.}
 a Theophilo Alexandrino damnati, & ^{Sup. XXI.}
 addit: *Vos quoque, vos, inquam, & Vi-
gilius Papa Origenem novissime damna-
stis. ^{S. 1.}*

Hæc verba non ita accipienda sunt,
 ac si jam tunc Concilium Constantinopo-
 litanum Sententiam Damnationis contra
 Origenem pronunciaffet; quippe magis
 verum videtur, id demum damnatis tri-
 bus Capitulis factum. Sed Episcopo-
 rum plerique, & ipse Papa, jam ante Con-
 cilium Origenem singuli damnaverant,
 quando Imperatoris Edicto subscripse-
 rant.

Qui Theodoro patrocinabantur, illud ^{Sup. n. 4.}
 maxime urgebant, virum damnari non
 posse in Communione Ecclesiæ mortuum.
 Hinc legi jussa sunt Acta Concilii Mo- ^{p. 491.}
 psuesteni, ante triennium jubente Impe- ^{Sup. n. 36.}
 ratore, atque verisimiliter instante Theo-
 doro Cæsariensi, celebrati. Ex his Actis
 constabat, Nomen Theodori Mopsueste-
 ni in Diptychis Ecclesiæ suæ non legi,
 nec

Seculum VI. nec a tempore immemorabili lectum
A.C. 553. fuisse.

p. 503.

Sup. XXV.
s. 29.

p. 507.

v. Marca
diff. c. 22. to.
5. Conc. p.
613.

Deinde Patres ad Capitulum, quod inter illa tria secundum est, scilicet ad causam Theodoretum pertinens processerunt. Lecta sunt multa ex operibus eius excerpta, ut probaretur, quod S. Cyrillum oppugnasset, & contra Theodorum & Nestorium defendisset. Primo lecti sunt Textus ex ipsius Tractatu contra duodecim Anathematisimos S. Cyrilli, in quo Theodoretus dicebat, nos appellare S. Virginem Matrem Dei, quia Mater est Hominis, Deo uniti. Nos in Jesu Christo Unitatem Subsistentiae non confiteri. Formam Servi in Jesu Christo aliqua ignorasse. Lecta est Epistola ad Monasteria data, in qua S. Cyrillum arguebat, quod secundum errorem Apollinaris Naturas Jesu Christi confunderet. Aliqua etiam Sermonum fragmenta contra eundem lecta sunt. Item Epistolae ad Andream Samosatenum, ad Nestorium, & Joannem Antiochenum datae, in quibus Theodoretus adhuc dum, etiam post Reconciliationem, affirmabat, duodecim S. Cyrilli Capitula erroribus scateri. Tandem lecta est Epistola data ad Joannem Antiochenum de Morte S. Cyrilli, at ea Theodoretum non est, aut de morte alicujus alterius Episcopi Sedi Antiochenae subditi agit. His omnibus per-

perlectis Concilium dixit: *Dum impietatem librorum Theodoretii perpendimus, exactam Concilii Calcedonensis curam valde miramur, quod cum ipsius Blasphemias non ignoraret, primo contra Auctorem sapius exclamavit, & deinde non ante recepit, nisi postquam Nestorium & ipsius Blasphemias, in quarum Defensionem prius calamum strinxerat, anathematizasset.* Examen tertii Capituli, nempe de Epistola Ibae, in aliam diem dilatum.

§. XLVIII.

Collatio Sexta.

In Collatione sexta 14. Cal. Jun. id est 19. Maj. dicta Epistola ad Examen vocata est. Primo lecta est ipsa Ibae Epistola, id est Versio Græca, ex Autographo Syriaco desumpta, qualis in Concilio Calcedonensi lecta fuerat. Deinde Epistola Procli Constantinopolitani ad Joannem Antiochenum recitata est, in qua ei significabat, esse, qui contra Ibam quererentur, quod Doctrinam Nestorii tuerentur. Et addebat: *Rogo te, ut eum ad subscribendum epistolæ meæ ad Armenos datæ, & ad condemnandos, quos ad me miserunt, Articulos, compellas.* Ibae nempe Epistola his erat contraria.

Tum Theodorus Cappadox, quæ in Causa Ibae acta fuissent, narrare cœpit. Ut a Clericis Ecclesiæ suæ Edessenæ coram

Sæculum VI.
A. C. 553.

Sup. L.
XXVII. §.
22. p. 511.
19. Maji.

Sæculum VI. ram Proclo, & deinde coram Flaviano
A. C. 553.

Sup.
XXVII §.
19. 20. &c.
p. 515.

Sup.
XXVIII.
§. 15.

Ibæ Cauſa.

Constantinopolitano accusatus fuiſſet, quæ in Concilio Tyrieniſi acta, Ibam poſtea depositum, & Nonnum in Sedem ejus ordinatum. Quod autem id in Ephesino latrocinio actum fuiſſet, ſilentio preſſit. Retulit deinde, quid in Ibæ cauſa Patres Concilii Calcedonenſis egiſſent, lectam tunc ipſius Epistolam, ipſumque ad Deſenſionem Fidei ſuæ petiſſe, ut teſtimonia Clericorum Eccleſiæ ſuæ legerentur. His dictis Theodorus adjecit: *Eſt igitur, cur miremur, quod aliqui Epistolam Ibæ nomine Concilii Calcedonenſis tueri velint, nullo alio fundamento nixi, quam verbis unius duorumve Episcoporum, quibus hæc Epistola probari videbatur. Certa enim eſt & conſtans Regula, in Conciliis non ad ea eſſe attendenda, quæ unus alterve dixerit, ſed quæ omnes Patres vel eorum major Pars deciderint. Imo ſi res attente conſideretur, quod hi privati pro Epistola dixiſſe videntur, ad eam rejiciendam manifeſte tendit; ipſi enim omnino approbarunt Judicium Photii & Eustachii, qui Ibam ad recipiendum Concilium Ephesinum, quod in ſua Epistola rejiciebat, & ad Neſtorium anathematizandum, quem ipſius Epistola tuebatur, compulerunt. Hoc Judicium ſecuti ſunt omnes Episcopi, & denique*

nique Iham penitentem, venerabilem viri canitiam miserati, receperunt.

Sæculum VI.
A. C. 553.

Postquam hæc edixisset Theodorus, jussit Concilium, quo omnia clarius perciperentur, legi in Actis Concilii Ephesini locum illum, in quo S. Cyrilli Epistolæ approbantur, & in Actis Concilii Calcedonensis illum locum, ubi S. Leonis Epistola laudabatur. His prælectis, recitatæ sunt ex Concilio Ephesino duæ priores Epistolæ S. Cyrilli ad Nestorium, Epistola S. Cœlestini Papæ, Epistola tertia S. Cyrilli, in qua duodecim Anathematismi leguntur, & judicium his super Epistolis a Concilio latum. Ex Concilio Calcedonensi lecta est Epistola S. Leonis ad Flavianum, & quid Concilium de ea senserit. His omnibus recitatis Concilium Constantinopolitanum dixit: *Ex his, quæ lecta sunt, perspectum habemus, quam rationem tenere soleant Concilia in illis approbandis, quæ proponuntur; quamvis enim de sapientia magnorum Virorum, qui has Epistolas scripserant, apud omnes esset ingens opinio, eas tamen non simpliciter & sine prævio examine receperunt, sed postquam cognovissent, easdem Patrum Doctrinæ, cui eas contulerunt, esse consentaneas. Unde omnibus, qui Concilio interfuere, eadem deinde stetit sententia. Hanc igitur sequentes Regulam jubemus, ut Definitio Fidei Concilii Calcedonen-*

p. 517.

19. Maji.
p. 534.
Sup. Lib.
XXVIII.
§. 11. §. 15.

Concilium
Constanti-
nopolitanum

Sæculum VI. *sis prælegatur.* Illa prælecta Concilium
 A. C. 553. Constantinopolitanum subdidit: *Jam*
 Nobis videtur necessarium, ut, quam di-
Sup. Lib. cunt esse Ibæ, Epistolam cum ista Defini-
 XXVIII. *tione & Libris Patrum conferamus, tum-*
 §. 21. *que examinemus, quæ Theodorus & Ne-*
 Conc. p. 544. *storius Hæretici illi Epistolæ consentanea*
dixerint.

Lectæ igitur sunt tabulæ ad dictam
 Collationem antea preparatæ. Inter al-
 ias ista Propositio in Epistola Ibæ repre-
 hendebatur: *Qui dicunt Verbum Car-*
netem sumfisse, & factum esse Hominem, Hæ-
retici sunt & Apollinaristæ. Verbum
non est Templum ex Maria natum. Præ-
 terea, hæc Epistola Concilio Ephesino ad-
 versatur, & defendit Nestorium. Econ-
 tra eadem S. Cyrillum pro Hæretico ha-
 bet, & duodecim ejus Capitula dicit esse
 impia. Laudat Theodorum Mopsueste-
 num, cujus Symbolum in Concilio Ephe-
 sino damnatum. Dicit Epistola, nos
 confiteri debere Templum, & eum, qui
 in Templo habitat; itaque duas Perso-
 nas affirmat. Hac Lectione finita Con-
 ciliium dixit: *Collatio peracta manifeste*
 p. 548. *demonstrat, Epistolam, quæ Ibæ dicitur,*
Definitioni Concilii Calcedonensis in o-
 26. Maji. *mnibus adversari. Idcirco Anathema di-*
cere Nestorio, & Definitioni Concilii sub-
scribere compulsus est. Episcopi omnes
exclamarunt: Omnes idem dicimus: Epi-
stola.

Sæculum VI. se in Causa trium Capitulorum epistolam
A.C. 553. conscripsisse ad Imperatorem directam, ro-
 gavitque, ut eam legerent, & ad Impera-
 torem deferrent. Responderunt: non pos-
 sumus sine Imperatoris mandato eam accipe-
 re. Sunt tibi Diaconi, quorum opera uti
 potes ad eam reddendam. Episcopi adje-
 cerunt. Si ad Conventum Nostrum veni-
 re vis, sicut datis litteris promisisti, Ca-
 put Nostrum, & Patrem Nostrum te ve-
 neramur. (*) Ergo Papa misit eundem
 Servumdei, quem Imperator, postquam
 Magistratus audivit, hoc responsum ad
 Papam referre jussit. Invitatus a Nobis,
 ut ad Conventum Episcoporum venires,
 noluisti, & dicis modo, te separatim in ta-
 bellis, quid de tribus Capitulis sentires,
 scripsisse. Si Capitula in istis tabellis
 damnas, non opus est, ut mittas, sufficiunt
 epistolæ, quas manu tua scriptas tenemus.
 Si

(*) Testes profecto! quorum suffragium pro
 Auctoritate & Potestate Romani Pontificis con-
 tra Protestantes est inconcussum. His & mille
 aliis Testimoniis retunditur impudentia Interpre-
 tis nostri Lutherani, dicentis, Episcopos Occi-
 dentis quidem se ipsos Potestati Episcoporum Ro-
 manorum, non vero Orientis subjecisse. Cete-
 rum horum Episcoporum verba non nihil fa-
 ciunt ad decidendam illam Quætionem a qui-
 busdam Canonistis motam; an eadem Potestas
 SS. Pontificis cum aut sine Concilio loquentis sit.

Si non damnas, quomodo Epistolam a te accipiamus, in qua te ipsum refellis & condemnas? Papa accepto hoc Imperatoris Responso, tabellas suas non misit.

Sæculum VI
A.C. 553.

His enarratis Constantinus sermonem profecutus est in hunc modum: Itaque credidit Imperator, necessarium esse, ut, antequam in causa de tribus Capitulis sententiam pronuncietis, oculis vestris litteras, quas in manibus habemus, exponeremus. Una Epistola manu Vigilii scripta ad Imperatorem directa est. Alia ad Theodoram Imperatricem Beatæ Memoriam alterius manu scripta, sed cui subscripsit Vigilius. Porro damnationis Sententia in Rusticum ipsius Propinquum & Sebastianum Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum. Collatio septima. Ad sunt etiam epistolæ ad Valentinianum Scythiæ, & Aurelianum Arelatensem. Scitis etiam ipsum edidisse JUDICATUM, ad Mennam Archiepiscopum directum, in quo Tria Capitula damnat. Postea quidem illud sibi reddi petiit, sed addidit terribiles execrationes, nisi ea pure & simpliciter damnaret. Hinc Imperatori visum, istud etiam juramentum ad vos mittere, ea conditione, ut postquam perlectum fuerit, mihi illud reddatis. Ceterum hoc juramentum notum est Episcopis Occidentalibus, 26. Maji. Clericis Ecclesiæ Romanæ, & Vincentio Episcopo Claudiopolitano, qui cum esset

Sæculum VI. *Subdiaconus Romanus, ad illud conscriben-*
A.C. 553. *dum operam dederat.*

Quia vero Vigilus & Clerici ejus sæpe Imperatorem hortati sunt; ipsius esse conservare Ecclesiam in illo Splendore, quem omnes, dum viveret Pater ejus, admirabantur, ut ostendat, se & Imperatoris Patris sui animum referre, & inbære vestigiis, mittit ad vos Epistolam Justiniani ad Hypacium tunc temporis in Oriente Militiæ Magistrum datam, postquam ad ipsum relatum fuisset, quod aliqui Clerici Ecclesiæ Cyrensis Theodoretæ Imagini, atque Memoriam Theodori, Diodori, & Nestorii tanquam Martyris honorem habuissent.

Sup. n. 28.
29.

Omnia hæc monumenta perlecta; scilicet Declaratio, quam Vigilus Papa dederat Imperatori, & Imperatrici, in qua tria Capitula speciatim & sigillatim anathematizabat. Tum Sententia contra Rusticum & Sebastianum lata. Epistolæ datæ ad Valentinianum & Aurelianum. Lectum etiam Juramentum a Papa Theodoro Cæsariensi & Cethego Patricio præsentibus per Clavos Domini Nostri & quatuor Evangelia præstitum, in quo Imperatori promittebat, se cum ipso tota sua Potestate operam daturum, ut tria Capitula anathematizarentur, nec per se nec per alios quidquam moliturum, ut ea tueretur, sed hanc Causam communi omnium consensu

sensu tractaturum. Sed id quoque ve-
 rum, Imperatorem promississe hoc Ponti-
 ficis jusjurandum se nunquam vulgatu-
 rum. Datum erat 15. Aug. Indictione
 13. anno 550. Hæc acta in hunc finem
 Episcopis communicata, ut intellige-
 rent, ipsos ob Papæ absentiam deterreri
 non debere, quo minus tria Capitula
 damnarent, ab ipso Papa jam prius dam-
 nata.

Sæculum VI.
 A.C. 553.

Lecta postea est Epistola Justini Impe-
 ratoris ad Hypacium septima Aug. Ru-
 stico Consule anno 520. data, in qua per-
 cepta lectione actorum in Civitate Cy-
 rensi, Imperator Hypacio mandabat, ut
 in hanc causam inquireret.

p. 560.

Sup. lib.

XXXI.

§. 45.

Constantino Quæstore jubente lectum
 est deinde Mandatum Imperatoris, quo
 volebat, ut Nomen Vigili Papæ ex Dip-
 tychis tolleretur, quod Concilio inter-
 esse nollet, & tria Capitula defenderet.
Nibilominus, subdit Imperator, *Sanctæ*
& Apostolicæ Sedi uniti remanemus, & 26. Maji.
nullatenus dubitamus, vos quoque in illius
Communione remansuros. Hæc Distin-
 ctio Sacræ Sedis & Papæ est notatu dig-
 nissima. (*) Concilium hoc Imperatoris

A a a 4

Man-

(*) Ecce Justinianus Imperator non tantum
 Juris peritus sed Auctor credebat, dari posse inter
 Papam & Sacram Sedem Distinctionem, cui P. Bal-
 duinus

Sæculum VI. Mandatum recepit, & approbavit; A. C. 553. Sententiam vero contra tria Capitula ferendam in aliam diem distulit. In quibusdam Exemplaribus illa, quæ Vigilio Papæ in hac septima Collatione maxime adversantur, omissa sunt; verisimile est, id tunc demum deletum, postquam Concilium approbasset.

§. L.

Collatio octava. Damnantur tria Capitula.

p. 562. *Evagr. IV. c. 37.* Collatio octava celebrata est secunda die Junii. Non singulorum Episcoporum suffragia collecta, sed statim Sententia, jam ante conscripta, recitata in hunc ferme modum: *Postquam cognovimus, Nestorii Sectatores impiam suam Doctri-*

duinus maledicit. Nempe qui ita distinguunt, volunt dicere, infallibilitatis Prærogativam a Christo Domino S. Petro concessam non tam singulis Summorum Pontificum Personis, quam Sacræ & Apostolicæ Sedi, id est, continuæ Episcoporum Romanorum Successioni inhærere. Fatendum etiam raro huic distinctioni esse locum. Ceterum nimium petiit Justinianus, dum voluit nomen Vigiliæ Papæ ex Diptychis auferri, & Patres nimium Imperatoris Voluntati indulserunt. Nec etiam istud Concilium Constantinopolitanum, priusquam illud Vigilius Papa ratum habuisset, Oecumenicum fuit.

Doctrinam Ecclesiæ Catholicæ affingere omnium virium contentione conari, cum eandem esse comminiscerentur, ac illam, quam Theodorus Mopsuestenus tradidit, & quam tam libri ipsius, quam etiam Opera impii Theodoretii, & Epistola detestabilis, quæ dicitur ab Iba ad Marim Persam scripta, continent, ad reprimendum hunc abusum Voluntate Dei & Imperatoris mandato congregati sumus.

Piissimus Vigilius in hac Civitate existens, quotiescunque de causa trium Capitulorum deliberavimus, adfuit, & eadem sæpius viva voce, & scripto, condemnavit. Postea scripto promisit, se ad Concilium venturum, & ea nobiscum examinaturum, ut rem communibus suffragiis definiremus. Cum Imperator secundum inita pacta nos fuisset exhortatus, ut coiremus, compulsi sumus Vigilium rogare, ut promisso staret. In memoriam ei reduximus Exempla Apostolorum, qui, licet singuli Spiritu Sancto repleti, ita ut nullius consilio indigerent, tamen noluerunt definire Quæstionem, an circumcidendi essent Gentiles, nisi postquam fuissent congregati, & suæ opinioni adductis Scripturæ locis Auctoritatem conciliaissent. (*) Patres qui suo

A a a 5 tem-

2. Junii.

(*) Si Summi Pontificis tanquam Capitis Ecclesiæ infallibilitas in eo sensu explicanda esset, quo

Sæculum VI. *tempore quatuor Concilia celebrarunt, ve-*
A. C. 553. *terum Exempla secuti, Quæstiones ab Hære-*
ticis motas communi consensu definierunt.
Non enim in Quæstionibus Fidei aliud Ve-
ritatem cognoscendi remedium suppetit.

Prov. 18. 19. Quisque fratris sui auxilio indiget secun-
Eccles. 4. 9. dum Scripturam. Et ubi duo vel tres con-

Matth. 18. gregati sunt in Nomine Jesu Christi, ibi
20. est in medio ipsorum. Postquam igitur
Vigilium Papam sæpe invitavimus, & Im-
perator ad eum viros Magistratu eminent-
es misit, edixit, se suam Sententiam de
tribus Capitulis sigillatim daturum. Hoc

Rom. 14. 12. Responso accepto consideravimus, quod di-
cit Apostolus, unumquemque nostrum pro
se rationem Deo redditurum, & alia ex

Matth. 18. 7. parte timuimus Dei Judicium, quod illis
imminet, qui Fratribus suis scandalo sunt.
Hæc Concilii Dissertatio notatu digna
est admodum, & perspicitur, quantam
ex una parte Papæ Auctoritatem esse om-
nes sibi persuasum habuerint, & ex alte-
ra, quam esset necessarium, Causas Ec-
clesiæ communi consensu decidi. ()*

p. 563. Tum Concilium relatis omnibus, quæ
in causa trium Capitulorum acta erant,
summa-

quo volunt Theologorum & Canonistarum ali-
 qui, Concilia Oecumenica nullo tempore fuissent
 necessaria.

(*) Huic Fleurii Reflexioni nihil addi posse
 videtur.

summatim illa refellit, quæ in eorum De- Sæculum VI.
 fensionem afferebantur. Tandem con- A. C. 553.
 cludit in verba: *Nos recipimus quatuor* p. 567.
Concilia, Nicenum, Constantinopolita- Sententia
num, Epbefinum, & Calcedonense. Illa lata.
docemus, quæ hæc Concilia de Fide docue- 2. Junii.
runt; nam eadem est omnium quatuor Con-
ciliorum Fides. Illos, qui hæc non reci-
piunt, ab Ecclesia Catholica separatos ju-
dicamus. Verum Theodorum Mopsueste-
num & libros ejus impios damnamus, item
impia, quæ Theodoretus contra veram Fi-
dem, contra duodecim S. Cyrilli Capitula,
contra Concilium Epbefinum, & pro De-
fensione Theodori, & Nestorii scripsit.
Anathematizamus etiam Epistolam im-
piam, quæ ab Iba ad Marim Persam scri-
pta dicitur, ubi negatur, quod Verbum
carnem assumpserit, & ex Virgine Maria
Homo factum sit: ubi accusatur S. Cyril-
lus, quod Hæreticus sit & Apollinarista:
ubi Concilium Epbefinum vituperatur,
quod Nestorium sine Examine deposuisset:
ubi Theodorus & Nestorius eorumque li-
bri impii defenduntur. Itaque hæc tria
Capitula, & eorum Defensores, qui ea
Patrum aut Concilii Calcedonenfis Aucto-
ritate

viderur. Der Deutsche Uebersetzer hat diese Wor-
 te richtig übersezt. Ein Anti-Papist! und einer,
 der auf die Kirchenversammlungen wenig oder
 nichts hält!

Sæculum VI. *ritate tueri volunt, anathematizamus.*
A.C. 553.

Huic Sententiæ Concilium subjungit quatuordecim Anathematismos, qui summam & Theologicè totam de Incarnatione Doctrinam, quantum pertinet ad Theodori Mopsuesteni & Nestorii errores, complectitur. Sequuntur Nomina Episcoporum, qui subscripserunt centum sexaginta quinque. Primus est Euty chius Constantinopolitanus, qui in sua Subscriptione Sententiæ Summam repetiit. Hic finis fuit Concilii universalis quinti, Constantinopolitani secundi.

Non erraret, qui diceret, Patres hujus Concilii Sententiam tulisse in contumaces; (*) nam Defensores trium Capitulorum aut adesse nolebant, aut non audebant. Nemo in Concilium venit, qui se Theodoro Cappadoci opponeret. Nec etiam videtur, singulorum Sententiam fuisse exquisitam, quod tamen aliorum Conciliorum usus ferebat. Ut ut autem modus se habeat, hujus Concilii Judicium in Causæ substantia Sanctum est & Catholicum; nec illius periculi, quod trium Capitulorum Defensores timebant, ullum appa-

(*) Diese Worte hat der Deutsche Uebersetzer auf seiner 315. Seite also gegeben: Man muß freylich bekennen, daß es fälschlich geurtheilet. Das ist etwas anders, als was der Herr Fleury sagt.

apparet vestigium, ne scilicet Capitulum Sæculum VI. A. C. 553.
 damnatio Concilium Calcedonense labefactandi, & Hæresin Euty-
 chis stabi-
 liendi prætextus esset. Si cujusquam
 forte privati hæc intentio fuit, obstetit
 Deus, ne malorum consilium sortiretur,
 quem quærebant, effectum. Igitur in
 Concilio Constantinopolitano solemn-
 itate Concilium Calcedonense confirma-
 tum, & tribus præcedentibus æquipara-
 tum est. Præterea Hæresis Euty-
 chis & Naturarum in Jesu Christo confusio in
 quibusdam Anathematismis diserte dam-
 nata. Non habemus Actorum hujus Con-
 cillii Autographum Græcum, sed tantum
 antiquam Versionem latinam, & forte
 illam ipsam, quæ statim concinnata est,
 ut Acta Vigilio Papæ communicarentur; Const. p. 369.
 nam ipsemet fatetur, se linguam Græcam
 ignorasse.

§. LI.

Origenes damnatur.

In Actis superius recensitis nihil de Dam-
 natione Origenis occurrit; quamvis v. Baluz. brev. in 5. Conc.
 aliunde constet, eundem in Concilio
 quinto fuisse damnatum; sed cum mag-
 na sit antiquorum Exemplarium diversi-
 tas, id saltem dispicitur, non omnia Acta
 in singulis fuisse inserta. Theodorus
 Cappadox optabat quidem efficere, si
 potuisset, ne Origenes damnaretur; at
 post

Sæculum VI.
A.C. 553.

post obitum Theodoræ Imperatricis, anno 548. defunctæ, multum pristinae Auctoritatis amiserat. Igitur Imperator Goth. c. 30. Abbatibus Conone & Eulogio aliisque

Sup. 9. 48.
vit. S. Sab.
n. 90. p. 374.

a Patriarcha Jerosolymitano delegatis instantibus, ad Patres Concilii Epistolas misit, in quibus dicebat: *Relatum est ad Nos, Jerosolymæ Monachos existere, qui errores Pythagoræ, Platonis, & Origenis sequuntur.* Tum eorum Doctrina brevi-

to. 5. Conc.
p. 679. ex
Cedren.

ter exposita concludit in hunc modum: *Exhortamur vos, ut congregemini, & Expositione, quæ huic Epistolæ adjuncta est, accurate perlecta, singulos Articulos cum impio Origene & omnibus illis, qui eadem cum ipso sentiunt, aut imposterum*

Sup. 9. 4.

ipsius errores amplexi fuerint, damnetis.

Hæc Expositio nihil aliud est quam Libellus ab Abbatibus Eulogio, Conone, Cyriaco, & Pancratio traditus, quocum etiam Imperator transmisit ad Concilii Patres magnum suum Edictum ante annos quindecim contra Origenem editum, & verisimiliter illud Exemplum, cui Vigilius Papa subscripserat, ut saltem in suo Chirographo illi Concilio præsens redderetur.

Marca Dis-
sert. c. 25.

Evagr. IV.
c. 17.

Concilium accepta Imperatoris Epistola &, quæ memoravimus, Actis, Origenem cum Didymo & Evagrionem Sectatoribus ipsius una voce damnavit, postquam contra ipsos sæpius conclamasset.

Niceph. 18.
c. 27.
Vita S. Sab.
n. 90. p. 374.

Tum,

Tum, quid actum fuisset, ad Imperato-
rem delatum. Juncti sunt Articuli, quos
Origenis Sectatores docebant; unde dis-
cipi poterat, in quibus consentirent, aut
dissentirent, & quam variæ essent ipso-
rum Sectæ. Inter alia legebantur ista
Theodori Cappadocis verba: *Si modo
Apostoli patrant Miracula, iisque tantus
honor habetur, qua ratione melior eorum
futura esset in Resurrectione conditio, nisi
Jesu Christo æquales fiant?* Hinc Secta
illa Isochristarum dicebatur. Superfunt
nobis etiam quindecim Canones Græco
sermone, qui præcipuos Origenis errores
damnant, & Titulum centum sexaginta
Patrum Concilii Constantinopoli cele-
brati præferunt.

Sæculum VI.
A. C. 553.

n. 48.

§. LII.

Papa Concilio consentit.

Tandem Vigilus Papa Patrum suasio-
nibus cessit, dataque post semestre
ad Eutychium Patriarcham epistola fate-
tur, Charitatem a se læsam fuisse, cum
se a Fratribus suis separasset. Subdit, ne-
minem pudore teneri oportere, ne re-
tractet facta, si ad cognitionem veritatis
perveniat, & S. Augustini affert exem-
plum. Dicit, causa trium Capitulorum
mature jam pensata, eadem sibi damnan-
da videri. Refert graviores errores Theo-
dori Mopsuesteni, Theodoretæ, & Iliæ,

to. 5. Conc.
p. 595.

Nov. Coll.
Baluz. p.
& 1548.

Sæculum VI. & concludit: Toti Ecclesiæ Catholicæ no-
A. C. 554. tum facimus, quod eo modo, quo ceteros
 omnes Hæreticos, Theodorum Mopsueste-
 num, & impios ejus Libros, Ea, quæ Theo-
 doretus adversus S. Cyrillum & Concilium
 Ephesinum, & quæ pro Theodoro & Nesto-
 rio scripsit, item Epistolam datam ad Ma-
 rim Persam, quæ Iba esse dicitur, damne-
 mus, & anathematizemus. Eodem Ana-
 themate involvimus, quicumque crediderit
 hæc tria Capitula esse defendenda, aut ad
 ea asserenda quidquam molitus fuerit.
 Tanquam Fratres nostros & Collegas am-
 plectimur omnes illos, qui dicta Capitula
 damnarunt, & hoc Decreto Nostro omnia
 illa, quæ a Nobis vel ab aliis ad trium Ca-
 pitulorum Defensionem acta sunt, irrita
 & nulla declaramus. Hæc Vigili Papæ
 Epistola octava Dec. eodem anno 553.
 data est, eamque Græco solum sermone
 habemus.

Verum superest nobis Constitutio La-
 Nov. Coll. tina multo amplior tribus ferme mensi-
 Baluz. p. bus illa Epistola posterior Constantino-
 1551. poli septimo Cal. Martii, Justiniani anno
 vigesimo septimo post Consulatum Basi-
 lii decimo tertio id est vigesima tertia
 Febr. anno 554. data, in qua tria Capi-
 tula damnat. Prima, quæ in hac Consti-
 tutione occurrunt, sunt Definitio Fidei
 Concilii Calcedonensis, & Epistola S. Leo-
 nis ad Flavianum. Deinde Vigilius Pa-
 pa

pa operoso examine Ibæ Causam discu- Sæculum VI.
tit, & vult demonstrare, Ibam nunquam A. C. 554.
professum fuisse, Epistolam ad Marim,
quæ ipsius nomen præfert, suam esse, &
revera ipsius non esse, sed a Nestorianis
calumniatoribus proculsam. Illam ad
Marim Epistolam, nempe fictam, in Con-
cilio Calcedonensi damnatam, illam econ-
tra, quæ pro Catholica habita est, & ob
quam Ibas absolutus est & restitutus, di-
versam esse Epistolam, & Clerici Edeffeni,
ad ejus Defensionem scriptam. Hanc
constitutionem claudit Papa Anathema
dicens Epistolæ ad Marim Persam falso
Ibæ adscriptæ, illisque, qui dicunt, eam
in Concilio Calcedonensi Catholicam fu-
isse pronuntiatam. Deinde ad Theodo- Papa accedit
rum Mopsuestenum transiens, expositis Concilio.
accurate ipsius erroribus, Personam ejus n. 25.
& scripta anathematizat. Damnat et- n. 26.
iam ea, quæ Theodoretus contra S. Cy- n. 27.
rillum & contra Concilium Ephesinum
scripsit, tanquam ab ipso Theodoreto
damnata. Tandem damnat omnia tria n. 28.
Capitula & Defensores eorum, illos-
que fratres suos & in Sacerdotio Colle-
gas recipit, qui ea damnarunt. Om-
nia, quæ vel ipse vel alii ad Defensio-
nem trium Capitulorum egissent, pepe-
ram facta declarat. In hac Constitutio-
ne Vigilus Papa, sicut ante Patres Con-
cilio quinti, dicit, tunc S. Leonis Episto-
lam

Sæculum VI. A. C. 554. lam in Concilio Calcedonensi approbatam, postquam fuisset examinata, & Trium præcedentium Conciliorum Fidei consentanea inventa. Hæc affirmatio ex ore Summi Pontificis profecta majoris roboris est. (*) Consensus Vigilii Papæ, quo luculenter adeo Definitionem Concilii Constantinopolitani confirmat, omnem prætextum abstulit eam impugnandi, dubitandive, an hoc Concilium esset Oecumenicum, atque omnes Papæ Vigilii Successores illud pro Oecumenico, eosque, qui adhuc ulterius tria Capitula defendere voluerunt, pro Schismaticis habere. Cum igitur Vigilius Papa data hac Constitutione Imperatoris voluntati fecisset satis, amplam ab eo obtinuit Legem Italiæ faventem, in ea inter alia Dona-

Pragn. ap. Pith. p. 673.

(*) Ad hanc Fleurii Crispi P. Balduinus longam subjunxit Reflexionem, ex qua eandem attente legenti nihil aliud liquet, quam quod bonus vir illa Fleurii loca, quæ in malum sensum detorqueri possunt, colligat, illa vero quæ ad Auctoritatem SS. Pontificum firmandum faciunt, qualia sunt hic sequentia: *Consensus Vigilii Papæ omnem prætextum abstulit dubitandi, an hoc Concilium esset Oecumenicum.* omittat. Deinde ex eo, quod in Conciliis SS. Pontificum Epistolæ examinentur, neutiquam sequitur, SS. Pontifices Conciliis esse subiectos. Ubi igitur Fleurii mala fides?

Donationes ab Athalarico, Amalafunta seu Theodato Romanis factæ confirmantur; illa autem, cujus Totila Auctor erat, nulla efficitur. Matrimonia, cum Virginitibus Deo consecratis inita, nulla pronuntiantur. Lex ista data est anno Justiniani 28. post Consulatum Basilii decimo tertio nempe anno 554. & ad Narsem atque Antiochum Præfectum Prætorio in Italia dirigitur. His ita peractis Vigilus Papa Constantinopoli discessit, Romam rediturus. At totam conficere viam non potuit, obiitque ex renum calculo Syracusis in Sicilia decima Jan. anni sequentis 555. postquam S. Sedem tenuisset annos decem & octo & menses sex, creassetque duabus Ordinationibus Mense Decembri Diaconos sexdecim, Presbyteros quadraginta sex, & diversis temporibus Episcopos octoginta & unum. (*) Corpus ipsius Romam delatum & ad S. Marcellum sepultum est. Sedes vacavit tribus mensibus.

Sæculum VI.
A. C. 554.

c. 16.

Lib. Pont.

B b b 2

§. LIII.

(*) Nemo dubitat, vitiosum fuisse in S. Petri Sedem ingressum Vigilii, quem postea Ecclesiæ totius consensus legitimum Pontificem fecit. Refert Palatius Anattasii verba dicentis in vita Silverii: *vacavit Episcopatus ejus dies sex.* Hæc qualemcunque Vigilii Electionem seu Confirmationem, postquam Silverius vitam possuisset, indicare videntur.

Sæculum VI.
A.C. 554.

§. LIII.

Concilium V. in Oriente recipitur.

vit. S. Sab. *n. 90. p. 375.* *Conc. Nic.* *II. Act. I.* *to. 7. p. 83.* Actis Concilii quinti ab Imperatore Justiniano Jerosolymam transmissis, omnes Episcopi Palæstinæ in Synodo congregati consenserunt, eaque viva voce & Scripto confirmarunt. Excepto Alexandro Episcopo Abylensi, qui hac de causa Episcopatu depositus post aliquot exinde annos Constantinopoli vita exiit terræ motu obrutus, forte illo, qui anno 557. hanc Civitatem afflixit. Tunc vero Monachi Novæ Lauræ S. Sabæ Damnationem Origenis impatientissime ferentes a Communione Ecclesiæ Catholicæ discesserunt. Eustochius Patriarcha, cum per menses octo docendo & hortando efficere non potuisset, ut saniores essent, tandem auctoritatem Mandatorum Cæsareorum adhibuit, & Athanasii Ducis opera usus non modo ex Nova Laura, sed etiam ex tota Provincia pertinaces ejecit. In locum expulsorum induxit Eustochius Monachos Catholicos centum viginti, (*) qui Novæ Lauræ possessionem anno post mortem S. Sabæ vigesimo

(*) Hier hat der Deutsche Uebersetzer zum drittenmal die Worte: *six-vingt Moines.* übersetzt 26. orthodoxe Mönche. Er muß die Französische Sprache nicht vollkommen inne haben.

gesimo tertio, id est, anno 554. adierunt. Sæculum VI.
A. C. 554.
His adnumerabatur Cyrillus Scythopoli-
tanus, qui S. Sabæ vitæ hanc Historiam
subjunxit. Is ad istud Monasterium mis-
sus est Auctore S. Joanne Silentario, qui
exin triennio exacto adhuc in vivis age-
bat, cum idem Cyrillus Joannis vitam
scriberet, nempe anno 557. tunc ætatis
annos centum & quatuor numerantis. ap. Boll. 13.
Maji. to. 14.
p. 232.
Ecclesia ipsius Memoriam 13. Maji ho-
norat.

§. LIV.

Schisma in Occidente.

In Occidente multæ Ecclesiæ Conci-
lium V. rejiciebant, quod crederent,
damnationem trium Capitulorum Aucto-
ritati Concilii Calcedonensis nocere. La-
tini Linguam Græcam ignorantibus, Theo-
dori Mopsuesteni errores nesciebant, &
ob locorum distantiam videre non pote-
rant, quantum scandalum ipsius & Theo-
doreti libri in Oriente crearent, & quan-
tum in iis gloriarentur Nestoriani præ-
sertim in Syria superiore, ubi tam altas
hoc malum radices posuit, ut post tot
Sæculorum lapsum hodieque non exi-
guum Nestorianorum numerum inveni-
re sit. Occidentales timebant, ne Euty-
chianis occasionem præberent Concilium
Calcedonense calumniandi, & Vigili Pa-
pæ inconstantia haud parum Auctoritati

*Pelag. II. ep.
ad Epi. Istr.
c. 6. p. 621.*

B b b 3

ipſius

Sæculum VI. ipsius detrahebat. Tandem ex ista de
A.C. 554. quinto Concilio opinionum diversitate
 ortum est Schisma, quod post annos fer-
 me centum vix extinctum.

Rusticus Diaconus, in quem Vigilus
 Papa triennio ante Concilium Sententiam
Sup. S. 21. tulerat, trium Capitulorum Defensor ob-
 stinatus, etiam adversus Concilium cala-
 mum stringere ausus est. Hinc in The-

Bibl. PP. to. baidem in exilium migrare iussus; in illo
4. pag. 987. otio, ut conjicere licet, scripsit contra
præf. Acephalos Dialogum, quem habemus.

In iis de Collationibus, quibus Constan-
 tinopoli, Alexandria, & Antinoi in The-
 baide interfuerat, mentionem facit. In-
 tegrum ipsius opus non superest, sed ea,
 quæ ad tria Capitula spectabant, suppres-
 sa fuisse creduntur. Cum Rustico non
 nulli alii solum vertere iussi in Thebaidem
 iverunt, quos inter fuit Felix Abbas Guil-
 lanus in Africa; non paucos enim Schis-
 maticos in illa Provincia reperire erat.
 Nihilominus Firmus Numidiæ Primas
 damnationi trium Capitulorum subscrip-
 sit, obiitque in itinere maritimo depre-
 hensus, cum in Africam trajiceret. Pri-
 masius Adrumetinus, primo in Monaste-
 rium relegatus, cum postea tribus Ca-
 pitulis renunciasset, Boetio Provinciæ By-
 zacenæ Primati successit, & iterum ab
 ejusdem Provinciæ Schismaticis deposi-
 tus est. Verecundus alius ex Africa

Episco-

Episcopus obfirmato ad Defensionem Sæculum VI.
trium Capitulorum animo Calcedone in A. C. 554.
Asylo S. Euphemix, quo confugerat, diem
clausit. Schisma in Occidente.

Aliqua opera Primasii Adrumetini ad
nostram usque ætatem pervenerunt, sci- *Cassiod. de*
licet, Commentarius in Apocalypsin, & *div. lect. c. 9.*
in Epistolas S. Pauli. At desiderantur Li- *Isid. Illustr.*
bri tres de Hæresibus Fortunato inscripti, *c. 22.*
in quibus Primasius quædam explicabat, *Sup. XXIV*
a S. Augustino in ipsius Tractatu de Hæ- *g. 62. Viç.*
resibus necdum perfecta. Duo Episcopi *Tun. an. 555.*
Rufinus & Vinus eo omnem conatum ad-
hibuerunt, ut cuncti Episcopi Provinciæ
Proconsularis, paucissimis exceptis, am-
plecterentur Communionem Primasii
Episcopi Carthaginensis, qui in locum
Reparati suffectus fuerat. Episcopi Nu- *Id. an. 556.*
midix exemplum Provinciæ Proconsula-
ris secuti Carthaginem venerunt anno
15. post Consulatum Basilii, id est, an. 556.
ibique in Synodo collecti Primasii Com-
munionem receperunt. Recusantes fusti- *Id. 557.*
bus, carcere, exilio mulctati.

Hos inter numeratur Victor Episco-
pus Tunonensis, qui verberibus affectus,
& carceri datus, primo in Monasterium
Mandrense, deinde in Egeam, Maurita-
niæ Insulam, & tertio Alexandriam cum
Theodoro Episcopo Cabarsusiensi relega-
tus est. Advenientes in carcerem Præ-
torianum missi, tum in ergastulum Arcis

Sæculum VI. Diocletiani. Inde producti, cum Collationes in Prætorio per dies quindecim continuos celebrassent, iisdem Monasterium Ordinis Tabennensis in Canopo duodecim milliariis ab Alexandria positum carceris loco datum. Idem hic est Victor Tunonensis, cujus habemus breve Chronicum usque ad annum primum Regni Justinii Junioris. Reparatus Episcopus Carthaginensis depositus in Exilii sui loco Eucaitæ anno 564. Naturæ debitum solvit. Facundus quoque Hermianensis ex illorum numero Episcoporum Africae est, qui tria Capitula pertinacissime defenderunt, seque a Communionem eorum, qui illa damnaverant, separare non erubuerunt. Facundus in Exilium migrare compulsus, Tractatum composuit contra Mucienum seu Mutianum, qui adductis S. Augustini contra Donatistas verbis eum urgebat, & demonstrabat, nunquam licere, ab Ecclesia universali secedere. (*) Aliam quoque ipsius Epistolam hac super re scriptam habemus.

ibid. an. 556.
Isid. Illustr. c. 25.
Vit. ibid.

In

(*) Certa & constans omnium Sæculorum Regula fuit; nunquam licere ab Ecclesia universali secedere. Protestantes Sæculo XVI. secesserunt ab Ecclesia Romana; at nunquam eorum aliquis demonstrare potuit, aliam in illo Sæculo nisi Romanam fuisse universalem.

In Illyrico quoque Schismaticos videre erat, itemque in Gallia; imo & in Hiberniam penetraverat malum. Quo remotiores ab Oriente vivebant, eo minus, quid in Concilio V. actum fuisset, sciebant. In Illyrico Frontinus Episcopus Salonensis Constantinopolim evocatus, cum tria Capitula damnare detrectaret, in Exilium missus est Antinuum in Thebaide & in ipsius locum Petrus Episcopus Salonensis ordinatus. Elapsis octo annis Frontinus Antinoo Ancyram in Galatia migrare iussus.

Sæculum VI.
A.C. 555.

Greg. 11. ep.

36.

Vitt. an. 555.

Id. an. 563.

§. LV.

Pelagius Papa.

Postquam Sacra Sedes Vigilio defuncto vacasset mensibus tribus, electus est Pelagius Patria Romanus Filius Joannis, olim Præfecti Prætorio Vicarii. Erat Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, Vigili in Professione Constantinopolitana & in reditu comes. Verum fuisse, qui suspicarentur, ipsum duræ persecutionis, quam Vigilius passus fuerat, cum aliis causam extitisse, & præmaturæ mortis conscium. Hinc nullus Episcoporum eundem ordinare volebat, nisi Joannes Perugianus, & Bonus Ferentinensis cum Andrea Presbytero Ostiensi. Hi sexta Aprilis eodem anno 555. Episcopum ordinarunt. Multi vero viri Probitate,

Lib. Pont.

Bbb 5 bitate,

Sæculum VI. bitate, sapientia, & Nobilitate clarissimi
 A. C. 555. ab ejus Communione ob suspensionem ne-
 cis Vigilio illatæ recefferant. Igitur Pe-
 lagius, ut innocentem se probaret, com-
 municatis cum Narsete, qui copiis Impe-
 ratoris in Italia præerat, consiliis, publi-
 cas preces indixit, & ex Ecclesia S. Pan-
 cratii ad S. Petrum processit, ubi Evan-
 gelium & Crucem Domini Nostri capiti
 suo imponens, conscenso suggestu publi-
 ce juravit, nihil mali se Vigilio Papæ in-
 tulisse. Populo acquiescente, ipse dein-
 de omnes Præsentes rogavit, ut secum ad
 proscribendum ab Ordinationibus Simo-
 niæ vitium operam jungerent. Bonis
 Ecclesiæ administrandis præfecit Valen-
 tinum, qui ipsi ab Epistolis erat, virum
 timentem Deum. Is omnibus Ecclesiis
 ablata vasa aurea, argenteaque, & vela
 restitui curavit.

§. LVI.

Papa Schismaticos persequitur.

Pelagius Papa ad reprimendos Schisma-
 ticos Italiæ omni virium contentione
 incubuit, quod ut facilius efficeret, Nar-
 setis Auctoritatem in auxilium vocavit.
Epist. 3. Quia vero hic Patricius magna pietate
 erat, & timebat, ne in Religionem pec-
 caret, in quadam Epistola ad eum data
 Pelagius dicit: *ne te absterreant vani Ser-
 mones dicentium; Ecclesiam excitare per-
 secutio-*

secutionem, dum crimina punit, & Salu- Sæculum VI.
 tem Animarum quærit. Illi solum Perse- A. C. 555.
 cutores sunt, qui ad faciendum malum co-
 gunt; alias enim omnes Leges Divinæ hu-
 manæque, quæ malefacta puniri jubent, ab-
 olendæ erunt. Schisma vero malum esse,
 etiam Potestate Sæculari reprimendum,
 Canones & Sacræ Paginæ nos docent. Qui-
 cunque a Sedibus Apostolicis separatus vi-
 vit, sine dubio in Schismate est. Fac ita-
 que, quæ, ut faceres, sæpe a te postulavi-
 mus, illosque, qui talia moliuntur, addi-
 to militum præsidio ad Imperatorem trans-
 mitte. Cogita, quam potenti auxilio ti-
 bi Deus adfuerit illo tempore, quo Ty-
 rannus Totila Istriam & Venetiam tene-
 bat, Francis interea omnia depopulanti-
 bus. Tamen inter tantos Belli tumultus
 non concessisti, ut Episcopus Mediolanen-
 sis ordinaretur, donec datis ad Imperato-
 rem litteris ipsius Mandata accepisses; sed
 inter medios hostes versatus Electum atque
 eum, qui ipsum ordinaturus erat, Raven-
 nam deduci iussisti. Quid de Episcopis
 Liguria, Venetiæ, & Istriæ dicam, quos
 posses reprimere, & rustice gloriari Se-
 dibus Apostolicis contemptis sinis? Si du-
 bium ipsis obortum de Decretis Concilii
 Universalis, Constantinopoli celebrati,
 oportebat pro consuetudine aliquos suorum
 deligere, viros doctos & sapientes, qui ar-
 gumenta ipsorum exposuissent, & nostra au-
 divissent.

Sæculum VI. A. C. 555. *divissent. Oportebat dubia sua ad Sedem Apostolicam deferre, non vero oculos claudere & Ecclesiam, quæ Jesu Christi Corpus est, dilacerare. Non est igitur, quod timeas. Mille suppetunt exempla & leges, ex quibus demonstratur Publicæ Potestatis esse, Schismaticos non Exilio modo sed etiam privatione Bonorum & arctis carceribus coercere. Magna hujus Epistolæ pars in alia ad Patricium Valerianum data repetitur, quæ eodem utique tempore scripta fuerit.*

Frag. 3. p. 807.

Ep. 4.

Episcopi Schismatici.

Ep. 2.

Ep. 5.

Cum Schismatici Narsetem excommunicassent, gratulatus est ei Papa, id permittente Numine factum, quo eum a diro Schismate servaret securum. At simul excitavit Præfectum, ut insolens hominum istorum facinus puniret, & reos ad Imperatorem mitteret. Speciatim de Paulino Episcopo Aquilejensi dicit, Usurpatorem esse, & cum Schismati inhæreat, ultra Episcopum esse non posse. In eadem Epistola mentionem facit de alio Episcopo Schismatico, cui nomen Euphrasius, Homicidii, & Adulterii incestuosi reo. In alia Epistola ad Narsetem conqueritur de Thracio & Maximiliano Episcopis Schismaticis accusatis, quod Bona Ecclesiæ in usus suos converterent. Instat Papa apud Narsetem, ut præter Episcopum Aquilejensem Constantinopolim ire compelleret Episcopum

pum Mediolanensem, qui Aquilejensem Sæculum VI.
A. C. 555.
contra Canones ordinaverat, non ideo so-

lum quia erat Schismaticus, sed quia in
propria sua Ecclesia ordinari debuisset,
ut in alia Epistola explicat, & subjungit: *Fragm. I.*

*quia grave accidisset Episcopis Mediola-
nensi & Aquilejensi ab Episcopo Romano
ordinari, ob locorum distantiam, veteri
consuetudine introductum, ut mutuo se or-
dinarent, ea tamen conditione ut Confe-
crans ad Civitatem Consecrandi se confe-
rat, tum ut de consensu Ecclesiæ vacantis
ipsi constet, tum ut inde pateat, Episcopum
quem ordinat ipsi non esse subjectum.*

Pelagius Papa præterea in his Epistolis di-
cit, nunquam licuisse Concilium Particu-
lare convocare ad examinandum Conci-
lium Generale, sed si hac super re ali-
quod supersit dubium, consulendam esse *Epist. 5.
fragm. 3.
fragm. 2.*
Sedem Apostolicam. Eadem de causa

scripsit ad Viatorem & Pancratium Viros
Illustres, ut eos averteret a Communio-
ne Schismaticorum, quorum obstinatio
ex ignorantia, & inani timore, ne Con-
cilio Calcedonensi refragarentur, origi-
nem trahebat. In his Epistolis Papa Au-
thoritatem S. Augustini sæpe affert.

Episcopi Hetruriæ datis ad Papam
Epistolis sperabant effecturos se, ut ipse-
met eorum Schisma laudaret. Pelagius
respondit: *quomodo nescire potestis, vos
a Communione totius Mundi esse separa-
tos,*

Sæculum VI. *tos, cum Nomen meum pro more in SS.*
A. C. 556. *Mysteriis non recitetis? quamvis enim in-*
dignissimus sim, in me tamen hodie Sedis
Apostolicæ Firmitas per Episcopatus Suc-
cessionem perseverat. () Ne vero vobis*
aut populis vestris qualiscunque suspicio de
Fidei Nostræ sinceritate superesse possit,
certissimi estote, quod Fidem Concilii Nice-
ni, Patrum Constantinopolitanorum, Con-
cilii Ephesini, & Calcedonensis teneam, &
omnes, quicunque istorum quatuor Conci-
liorum Fidem aut Tomum Beati Leonis
Papæ in Concilio Calcedonensi confirma-
tum aut ex parte labefactare, aut in du-
bium vocare præsumserint, anathemati-
zem. Hæc Epistola 15. Cal. Mart anno
 post Consulatum Basilii 15. id est 16. Febr.
 556. data. Pelagius Papa similem Fidei
 Confessionem edidit ad universum Dei
 populum directam, in qua subjungit, quod
 pro debita Reverentia recipiat Canones
 a S. Sede receptos, & Epistolas Pontifi-
 cum Antecessorum suorum, quos a Cœ-
 lestino usque ad Agapitum inclusive no-
 minat. Tandem quod venerabiles Epis-
 copos Theodoretum & Ibam tanquam
 viros Catholicos honoret.

Ep. 7.

§. LVII.

(*) Successio continua Romanorum Episco-
 porum lapsa est, in quem quotiescunque cadit
 Interpres noster Protestans, colliditur, & quo-
 ties ille in ipsum cadit, conteritur.

§. LVII.

Sæculum VI.

A. C. 556.

Epistola Papæ in Galliam missa.

Confessionem Fidei ista ampliorem misit Papa ad Childebertum Francorum Regem, qui accepta Papæ Epistola cum quibusdam Reliquiis, Monachis Lerinensibus deferentibus, Legatos misit, petiitque etiam Reliquias SS. Petri & Pauli, aliorumque Martyrum. Legationis Princeps, cui Nomen Rufinus, dixit ad Papam; esse in Gallia, qui quererentur, fidem Catholicam fuisse labefactatam, rogavitque Papam, ut profiteretur, se integram S. Leonis Epistolam recipere, aut Fidei Confessionem mitteret. *Ep. 9. 10.* Idem Legati nomine Sapaudi Episcopi Arelatensis Prærogativam Vicarii Papæ in Galliis & Pallium petierunt. Pelagius Papa abrupta omni mora primæ Petitioni Rufini circa Epistolam S. Leonis satisfecit, scripsitque ad Regem Childebertum in hæc verba:

Ab obitu Theodoræ Imperatricis finitæ sunt de Fide lites in Oriente. Non nulli solummodo Articuli hominum privatorum fuisse examinati, quorum explicationem valde prolixam unius Epistolæ pagella non caperet. Ut autem Tibi, & omnibus Confratribus nostris Galliæ Episcopis faciamus satis, edicimus, nos anathematizare quemcunque, qui vel latum unguem *Ep. 10.*

disce-

Sæculum VI. A. C. 556. *discedit a Fide, quam Leo Papa in Epistolis suis docuit, & Concilium Calcedonense in suo Decreto amplexum est. Ne igitur ad sermones futiles hominum, qui scandala serunt, attendas. Imperator omnes Hæreses, quæ usque ad tempus, quo fasces capessivit, dominatæ fuerant, extinxit; Hæreticorum Episcoporum Ecclesias, pingues*

Sup. lib. XXXII. S. 27. *reditus plurima vasa pretiosa ad Catholicos transtulit. Qui in errore perseverarunt, improbe uniuntur, & nulli parcunt labori, ut Ecclesiam perturbent, & dividant. Tempore, quod Constantinopoli versabamur, hæc & in Italiam confictas litteras nostro Nomine mittebant, dicentes, Nos fateri, Fidem Catholicam fuisse corruptam. Abbuendum contra nos afferunt epistolas, quibus nullius hominis Nomen præfixum. Nestoriani præprimis has turbas cient, qui audent affirmare, opinionem suam a Sententia Concilii Calcedonensis & Leonis Papæ non esse alienam, cum tamen Leo Nestorium ideo damnaverit, quod duas Naturas separatas assereret. In hac quoque Provincia turbarunt aliquos Episcopos simplices, prima Fidei elementa ignorantes, Quæstionem non intelligentes, & nescientes, quantum bonum sit, a Fide Catholica non aberrare. (*)*

Causa,

(*) Nempe paucissimi erant illis temporibus viri docti, Barbaris Nationibus bellico furore omnia implentibus.

Causa, ob quam Constantinopoli multum Sæculum VI.
diuque Persecutionem tulimus, illa est, quam A.C. 557.
diximus, quod Imperatrice in vivis agen-
te omnia, quæ de Rebus Ecclesiasticis agi-
tabantur, nobis suspecta essent. Hæc E-
pistola, quam Rufinus detulit, undecima
Dec. anno 556. data est.

Papa acceptis Epistolis a Rege & Sapaudo ad se datis, Sapaudum Sanctæ Sedis Vicarium per universam Galliam edixit, & usum Pallii data Epistola 3. Febr. anno 557. concessit. Simul Regi Childberto Confessionem Fidei amplissimam misit, in qua explicat Mysteria de Trinitate & Incarnatione, novissimas Hæreses refutans, itemque Doctrinam exponit de Resurrectione mortuorum, quod verisimiliter ad refellendos Origenistas adjecit.

Altera etiam Epistola ad Sapaudum data Papa scire expetebat, an missa sua Fidei Confessio Regi & Episcopis Galliæ satisfecisset. Tum Sapaudi & Parentis ipsius Placidi Benevolentia commendat Romanos, quos in Galliam confugere terror hostium Italiam vastantium compulerat. Memorem esse monet mittendi vestes, de quibus antea dixisset, *Quippe, inquit, quis satis hominum in hac Civitate paupertatem, & corporum nuditatem referat? cor dolore obruitur, atque oculos cogor avertere, ne civium ho-*

Ep. 15.

Hist. Eccles. Tom. VII.

Ccc nesto

Sæculum VI. *neſto loco natorum & quondam divitum*
 A. C. 557. *miferiam conſpiciam.* Hæc Epiftola 13.
 April. ejusdem anni 557. data.

§. LVIII.

Concilia Arelate & Pariſiis celebrata.

Paucis ante hæc annis Sapaudus præfue-
 rat Concilio Arelatensi quinto, ter-
 tio Cal. Jul. Childeberti anno 33. id est
 29. Jun. anno 554. celebrato. Adfuere
 Episcopi undecim, & octo ab absentibus
 delegati, nimirum Presbyteri quatuor,
 duo Archidiaconi, & duo Diaconi, om-
 nes ex Provincia Arelatensi & duabus
 aliis vicinis Narbonensi secunda, atque
 Alpium maritimarum. In eo Concilio
 conditi sunt Canones septem, quorum
 primus jubet, ut Episcopi Conprovin-
 ciales morem Ecclesiæ Arelatensis sequan-
 tur, & panes in Altari offerri solitos si-
 milis formæ esse procurent. Monaste-
 ria tam Virorum, quam foeminarum Ju-
 risdictioni Episcopi Diocesani subjiciun-
 tur. Clerici fundos, quorum usumfru-
 ctum ab Episcopo acceperint, non red-
 dant deteriores sub pœna Disciplinae id
 est pœnæ corporalis, quæ Clericis juve-
 nibus adhibebatur. Ita illi, qui necdum
 erant Subdiaconi, vocabantur.

to. 5. p. 814.
 v. Cointe an.
 557. n. 10.

In Concilio Parisiensi tertio, quod an-
 no 557. celebratum creditur, decem Ca-
 nones

nones conditi, quibus præcipue cavetur, Sæculum VI.
A. C. 557.
 ne Ecclesiarum Bona usurpentur. Qui-
 dam enim bona sua in Ecclesias largiter
 conferebant, alii spoliabant. Inter alios Greg. VI.
hist. c. 20.
Conc. Par.
c. 1.
 Ecclesiarum Benefactores memoria di-
 gnus est Dux Crodinus. Is novas fun-
 dabat Villas, terras excolebat, plantabat
 vineas, domos ædificabat, tum convo-
 cans Episcopos, quos non esse divites no-
 verat, convivio excipiebat, eoque solu-
 to iisdem ipsam Domum, vasa argentea,
 aulæa, supellectilem, famulos, agros, &
 eorum cultores donabat. Obiit Crodi-
 nus anno 582. ætatis suæ septuagesimo.
 Concilium Parisiense Excommunicatio-
 nem fert contra illos, qui Bona Ecclesiis
 donata retinent, donec restituant, iidem-
 que pauperum latrones pronunciantur.
 Prohibetur, ne quis possessionem Bono-
 rum Ecclesiæ capiat, sub specie illa Sede
 Vacante custodiendi. Si usurpator in
 alia Diocæsi degat, Episcopus Ecclesiæ
 spoliatæ ad Collegam suum hac de re scri-
 bet, qui usurpatorem monebit, & si opus
 fuerit, in eum Censuris animadvertet.
*Tandem, inquit Episcopi, æquum non
 est, ut magis Tabularum Ecclesiæ Custodes
 dici mereamur, quam Bonorum De-*
defensores. Prohibetur etiam, sub com-
 minatione earundem pœnarum, ne quis
 Bona Episcopis propria rapiat, quod e-
 tiam aliqua ratione ad Ecclesias perti-
c. 2.
Concilium
Parisiense.
 neant.

Sæculum VI. neant. Prohibetur generatim omnis Bo-
A. C. 557. norum alienorum usurpatio, præsertim
 sub commento, quod ea Rex concessisset.

c. 6.

e. 4. 5.

e. 8.

Non nulli Auctoritate Principis abu-
 tebantur, ut Viduas aut Virgines invi-
 tas & invitis parentibus ducerent. Id
 Concilium sub pœna Excommunicatio-
 nis prohibet, & leges Superiores contra
 omnia conjugia illicita sive inter pro-
 pinquos & affines, sive cum fœminis Deo
 consecratis renovat. At circa Auctori-
 tatem Regum abusus longe majoris mo-
 menti irreperat, nempe Libertas in E-
 lectione Episcoporum suppressa. Hinc
 Concilium statuit, ut Canonum rigor ob-
 servetur. Invitis civibus non ordinetur
 Episcopus, sed ille, quem Clerici & Po-
 pulus plena libertate elegerint. Epis-
 copus Mandato Principis non intruda-
 tur, nullum cujuscunque generis pa-
 ctum interveniat, sed Metropolitanæ, &
 Episcoporum Provincialium consensus
 adsit. Si quis Episcopatum ex Regis
 Mandato usurpaverit, nullus Episcopo-
 rum ex illa Provincia eum recipiat; si
 receperit, a Communione ceterorum E-
 piscoporum excludatur. Ordinationi-
 bus illicitis jam peractis, Metropolitanæ &
 Provincialium aliorumque vicinorum E-
 piscoporum Judicium esto, quid facien-
 dum.

Hic

His constitutionibus Ecclesiasticis sub-Sæculum VI.
 scripserunt Episcopi quindecim, atque A. C. 557.
 hos inter fama magis celebres reddidit
 Probianum Archiepiscopum Bituricen-
 sem S. Desiderii Successorem, S. Prætex-
 tatum Archiepiscopum Rothomagensem,
 S. Leontium Burdegalensem, S. Germa-
 num Episcopum Parisiensem, S. Euphro-
 nium Turonensem anno superiore 556.
 consentiente Clotario Rege electum,
 S. Felicem Nannetensem, Domitianum
 Andegavensem Eutropii Successorem,
 S. Paternum Abrincensem, S. Chaletri-
 cum Carnutensem S. Lubini Successorem
 anno præcedente 556. vita functi, S. Sam-
 sonem primum Episcopum Dolæ in Bri-
 tannia. S. Paternus Episcopus Abrin-
 censis a vulgo *S. Patier* aut *S. Pair* di-
 ctus, Pictavii natus vitam Monasticam
 amplexus est in Abbatia Ansonis, quæ
 hodie a Nomine S. Jovini ad Matronam
 notissima est. Cum genus vitæ rigidio-
 ris ducere cuperet, ad Diocesin Con-
 stantiensem transiit, ubi ipsum Episcopus
 Leontius post annos paucos Presbyterum
 ordinavit. Ad convertendas animas a-
 ptissimus, multos Idololatrias Jesu Chri-
 sti Fide imbuit; non nullos enim in re-
 motioribus illis Regionibus invenire erat.
 Plurimis etiam persuasit, ut Mundo vale-
 dicerent, multaque Monasteria non modo
 in territorio Constantiensi, sed etiam in

Greg. IV. c.
15. X. c. 31.

Sæculum VI. Cenomanensi, & in Britannia fundavit.
 A. C. 557. Ecclesia ipsius Memoriam 16. Aprilis colit.

Mart. Rom.
 16. April.

§. LIX.

S. Germanus Parisiensis.

Episcoporum illorum S. Germano Parisiensi nullus illustrior. Is Augustoduni nobilibus parentibus natus est. Patri ejus nomen erat Eleutherius, & Matri Eusebia; ipse vero a quodam propinquorum, cui Nomen Scopilion, pie educatus, ab Agrippino Episcopo Augustodunensi Diaconus, & post elapsam triennium Presbyter ordinatus est. Nectarius Agripini Successor eum ad S. Symphorianum Abbatem creavit, ex quo Miraculorum Dono clarere cœpit. Eusebio vita functo, electus est Episcopus Parisiensis circa annum 555. nec ideo de rigore vitæ Monasticæ quidquam dimisit. Cum Childebertus Rex ei quadam die solidorum aureorum millia sex misisset, quæ inter pauperes distribueret, millia tria erogavit. In Palatium reversus sciscitanti Regi an aliquid superesset, respondit, mediam donativi partem sibi in manibus esse, quod tot pauperes non occurrissent, dixit Rex: *Etiã ea, quæ tibi supersunt, distribue in egenos; nunquam enim Deo adjuvante deerit, quod demus.* Tum jubens vasa aurea & argentea confringi, ea Episcopo in levamen miserorum tradidit.

Haud

Haud multum temporis exinde efflu- Sæculum VI.
 xerat, cum S. Germanus Ecclesiam S. Vin- A. C. 557.
 centii, quæ hodie S. Germani de Pratis di-
 citur, dedicavit, a Childeberto Rege ædi-
 ficatam hac occasione. Anno 542. Chil- Greg. III.
 debertus & Clotarius fratres translatis hist. c. 29.
 in Hispaniam armis Cæsaraugustam obsi-
 dione presserunt. Pavidæ Incolæ cilicia
 induere, & jejunare cœperunt, mulieres S. Germanus
 pullatæ sparsis capillis cineres impone- de Pratis.
 bant, & lugubri pompa in muris S. Vin-
 centii Tunicam circumferebant, Psalmos
 canentes. Obsidentes Franci credebant,
 cives periculum velle magica arte depel-
 lere; ubi vero compererunt, S. Vincen-
 tii Tunicam circumferri, expavescentibus
 omnibus, Childebertus Rex petiit, ut E-
 piscopus ad se veniret, qui munera affe-
 rendus venit. At Rex rogavit, ut sibi da- Gesta Franc.
 ret S. Vincentii Reliquias. Episcopus 26.
 servata Tunica Sancti Viri Stulam tradi-
 dit. Itaque Franci obsidionem solverunt,
 & Childebertus Parisios reversus Eccle-
 siam S. Vincentii honoribus ædificari cu- Aimoin. lib.
 ravit, ibique deposuit ipsius Stulam, pluri- II. c. 19. 20.
 ma Vasa pretiosa, Calices, Cruces, Ev-
 angeliorum operimenta, quas res Toletum
 abstulerat, & inter alia Crucem auream
 gemmis ornatam, quæ occasio fuit, ut il-
 li ædificio Crucis figuram dari præceperit.
 Ecclesia columnis marmoreis incumben-
 bat, fornicem aurea laquearia ornabant, Vit. S. Do-
 muros rov. Act. to.
I. p. 254.

Sæculum VI. A.C. 557. muros imagines in areis deauratis pictæ decorabant, pavimentum lapidibus concinne aptatis stratum, tectum ex cupro deaurato; unde populus hanc Ecclesiam S. Germanum aureum nuncupavit. In extremis quatuor partibus quatuor stabant Altaria. Altare Majus ad Orientem spectans honori S. Crucis, & S. Vincentii, cujus Stola ibi inclusa dedicatum est. Altare, quod ad Septentrionem erat positum, SS. Martyribus Ferreolo, & Ferrutiani sacrum fuit. Quod ad Meridiem, S. Juliano Brivatensi, quod ad Occidentem SS. Gervasio, Protasio, Celso puero, & Georgio. Ad Meridiem aliud erat oratorium S. Symphoriano, & aliud ad Septentrionem S. Petro consecratum. (*)

Rex collatis huic Ecclesiæ plurimis ornamentis pretiosis & magnorum census agris S. Germanum rogavit, ut Monachos illuc colligeret. Id vero effectum dedit S. Episcopus, atque multos fundos proprii Patrimonii in Territorio Antiffiodorensi & Nivernensi donavit, unde ad illustrandam hanc Ecclesiam oleum & cerei

(*) Si quis Protestanti hæc & mille alia similia Religionis Romanorum Catholicæ, Venerationis Sanctorum, & Reliquiarum ipsorum Monumenta antiquissima objiciat, nihil solidum aut constans, nihil inquam, quod respondeat, habet. Sed ad talia animum non advertit Interpres noster, qui in hoc loco verba: de S. Vincent, don l' Etole, Stola, y fut enfermée, reddidit: Dessen Stern darinn eingefasset war.

rei copiose suppeditarentur. Abbatem Sæculum VI. A. C. 558.
 ibi creavit, S. Doctroveum, suum olim in Childeberti obitus.
 Monasterio S. Symphoriani Augustoduni
 Discipulum, quem secundum Regulam
 S. Antonii & S. Basilii instituerat. Eccle-
 sia illa necdum dedicata fuerat tempore,
 quo Childebertus Rex gravissimo morbo
 decumbebat. Id contigit circa finem
 Mensis Dec. cum multi Episcopi & Opti-
 mates Festa Domini Natalitia cum Rege
 celebraturi Parisios advenissent. S. Ger-
 manus hac occasione usus Dedicationem
 cum Episcopis sex decimo Cal. Jan. per-
 egit, omnia Altaria ad honorem Sancto-
 rum, ut memoravimus, consecrans. Chil-
 debertus Rex eadem die e vivis abiit 23.
 Dec. anno 558. Regni sui 43. Sepultus
 est in hac ipsa S. Vincentii Ecclesia, atque,
 peractis Dedicationis Cæremoniis, nulla
 interposita mora Regiæ Exequiæ secutæ
 sunt. Præter istud S. Vincentii Monaste-
 rium Rex Childebertus Nosocomii in
 urbe Lugdunensi, & Monasterii viro-
 rum in urbe Arelatensi Fundator extitit,
 donavitque fundum S. Calai. Ad eri-
 gendum Monasterium, quod hodieque
 ipsius Nomen gerit.

§. LX.

Viri Sancti in Gallia.

Sanctus Calais seu Carilefus natus in Ar-
 vernia, atque in Monasterio Menatis
 C c c 5 educa-

Sæculum VI. educatus, illud cum S. Avito reliquit, ut
 A. C. 558. se Disciplinæ S. Maximiani prope Aure-
 liam habitantis subjiceret. Inde ambo in
 solitudinem Regionis Perchiensis digressi,
 & Regis Childeberti Munificentia adjuti
 construxerunt Monasterium, quod hodie-
 que a S. Aviti Nomine dicitur, sed illud
 jam Moniales incolunt. Post hæc S. Ca-
 rilefus in Territorium Cenomanense tran-
 ssiens, ejusdem Regis Beneficiis auctus fun-
 davit Monasterium in ripa amnis Aniso-
 læ, hodie Anillæ, unde nomen primo for-
 titum est; verum posteriore tempore
 hæsit Nomen S. Carilefi, qui circa annum
 540. ad Cœlestia migravit. Monasterium
 istud Mulier nunquam intrabat, nequi-
 dem Ecclesiam, quod illis temporibus non
 insolens erat. Ecclesia Gallica honorat
 plures alios Sanctos Viros, qui illa ætate
 solitudinem Perchiensem & Cenomanen-
 sem incolebant. His S. Lomerus seu Lau-
 nomarus, S. Almerus, S. Frambaldus a-
 liique minus noti accensentur.

*vid. Hist. S.
 Ben. liv. 2.
 c. 30.*

*vit. ap. Ant.
 Domin.*

Rex Childebertus ultimis vitæ annis
 retinuerat in Urbe Parisiensi S. Ferreolum
 Episcopum Uzetiensem, de quo malam
 suspicionem conceperat. Res vero ita se
 habebat. Accusatus fuerat Vir Sanctus
 quod sæpe ad Judæorum convivia acce-
 deret, & dona iisdem ferret; nempe spe-
 rabat se ista comitate hos homines Jesu
 Christo lucrari posse. S. Ferreolus Pa-
 trem

trem habebat Ansbertum Senatorem, qui genus suum ducebat ab altero Ferreolo, olim Galliarum Prætorio Præfecto. Anno 553. S. Firmino Propinquo suo Episcopo Uzetiensi successit, atque elapso Bienio relegatus est Parisios, ubi annis tribus mansit. Rex vero, quamvis eum custodiri jussisset, honorem tamen exhibebat, & tandem cognita Viri sanctitate etiam muneribus cumulatam dimisit. S. Ferreolus ad suos reversus Judæos in sua perfidia obstinate remanentes non modo e Civitate Uzetiensi, sed etiam e tota Diœcesi ejecit.

Sæculum VI.
A. C 558.

Idem Vir Sanctus fundavit Monasterium a Nomine ipsius dictum, deditque eidem Regulam, Lucretio Episcopo si inscriptam, quam ipsius Judicio subiciebat. Lucretius Bodani Monachus fuerat, & S. Marii Abbatis Discipulus. Monasterium illud in Diœcesi Segestronensi positum, hodie est Prioratus, qui Bevona dicitur, Insulæ-Barbæ subjectus. S. Ferreolus in Regula sua præcipit, ut omnes Monachi litteras discant, & Psalmos memoriæ imprimant, nequidem illis exceptis, qui ad custodiendum pecus exeunt, ut nullo non tempore vel lectione vel opere manuum exerçantur. Qui agrorum labores ferre non possunt, scribant, retia conficiant capiendis piscibus necessaria, aut calceos. Venationem Monachis

Cod. Reg. to. 2. p. 116.
S. Ferreolus.
vit. Mar. ap. Boll. 27.
Jan. Et to. 1. Act. SS.
Ben. p. 105.
c. 11.
Regula.
c. 19.
26.
c. 28.
c. 34

Sæculum VI. nachis prohibet. Interulas lineas non
 A. C. 559. induant. Abbas Monasterii mancipium
 manumittere non possit, nisi omnes Fra-
 tres consenserint. Inde dispicimus, fuisse
 c. 31. ipsis Servos. In Monasterio Baptismus
 c. 36. non conferatur. Hæc mihi in Regula S.
 c. 15. Ferreoli memoratu digna visa sunt. Etiam
 aliquos Libros Epistolarum, Sidonium i-
 mitatus, composuit, & usque ad annum
 581. superstes fuit.

§. LXI.

Pelagii obitus. Joannes III. Papa.

Regem Childebertum hac vita defun-
 ctum brevi secutus est ad alteram Pe-
 lagius Papa, nempe secunda die Martii
 anno 559. cum S. Sedem occupasset annis
 tribus, & Mensibus decem. Duabus Or-
 dinationibus Mense Dec. creaverat Pres-
 byteros 26. Diaconos 9. Episcopos 49.
 Successorem habuit Joannem III. cogno-
 mento Catellinum, Filium Anastasii, illo-
 rum ex Ordine, qui Illustres dicebantur.
 Sedit annis ferme tredecim. Pelagius
 Papa extremo vitæ tempore Ecclesiam SS.
 Apostolorum Philippi, & Jacobi ædifica-
 re cœperat; hanc Joannes Papa perfecit,
 multasque ex veteri Historia Res gestas
 partim opere vermiculato, partim peni-
 cillo exhiberi curavit. Eandem etiam de-
 dicavit; unde, conjectura est, consuetu-
 dinem prima die Maji amborum Apосто-
 lorum Festum celebrandi traxisse origi-
 nem

Lib. Pont.

*ed. de 6. ar.
 n. 4518.
 coll. 1. Maji.
 p. 28.*

nem. Joannes Papa Cœmeteria Marty- Sæculum VI.
A. C. 559.
rum restauravit, & auxit. Item præce-
pit, ut Ecclesia Lateranensis singulis die-
bus Dominicis Panem, Vinum & Cereos il-
lis Sepulchris suppeditaret.

§. LXII.

Cassiodorus.

Joannis Pontificis ætate Cassiodorus ul-
timo Senio confectus obiit, vir celebra-
tissimus. Is ex nobilissimis inter Roma-
nos stirpibus genus ducens, Scyllacei in
Calabria circa annum 470. natus, sub
Theodorico Rege publicæ rei Administra-
tor, anno 514. Consul, sub Athalarico
Theodato & Vitige Præfectus Prætorio
fuit. Post tristem hujus Principis casum
circa annum 540. relicto Mundo jam se-
ptuagenarius recepit se in Monasterium
Vivariense, quod in uno prædiorum suo-
rum haud procul loco, in quo lucem pri-
mo aspexerat, ædificavit. Pelena mo-
dicus annis illam oram alluens rigandis
hortis aquas dabat, & Molendinum mo-
vebat. Tam prope erat Mare, ut Mona-
chi facile piscari possent, atque sub radici-
bus montis vivaria custodiendis piscibus
humano labore paraverant. Fontes quo-
que aderant, quæ aquas bibituris, & bal-
neum lavantibus tam vegetis, quam æ-
grotantibus præbebant. Nec opus erat
Monachis ut exirent, cum vitæ subsidia
intra

Divin. lect.
c. 29.

Sæculum VI. intra Monasterium haberent. Viseban-
 A.C. 559. tur in eo Lucernæ tam eximio artificio,
 6. 38. ut nemine accurante longo admodum
 tempore arderent: Horologia, in qui-
 bus Solis umbra diei tempora indicabat,
 & Clepsydra, quæ aquarum motu tempe-
 rabantur. Præprimis vero locupletissima
 Bibliotheca hoc Monasterium decorabat.
 In ipso Monasterio Vivariensi Cœnobitæ
 degebant, at in monte proximo erat Mo-
 nasterium Castelanum, ubi manebant A-
 nachoretæ, qui in Congregatione diu ex-
 c. 29. ercitati, judicabantur idonei, qui in so-
 litudine ad sublimius perfectionis fasti-
 gium conniterentur. Itaque geminum
 erat hoc Monasterium, & verisimile est,
 quod ideo duos nempe Calcedonium &
 c. 31. Gerontium habuerit Abbates.

In illo secessu Cassiodorus plures Libros
 conscripsit. Primo Commentarium in
 Psalms, nam cum in illis legendis dulcem
 saporem sensisset, totum se huic studio
 dedit, cum vero multa valde obscura non
 intelligeret, conversus est ad Commenta-
 rium S. Augustini, & alterum ipse compo-
 suit, non tantum ex S. Augustino sed e-
 tiam ex aliis excerptum. Exinde scripsit
 Cassiodorus de Divinis Scripturis Institu-
 tionem, in qua Monachos suos docet, quæ
 ratio in illis legendis tenenda sit. Incipit
 in hunc modum: *Cum viderem, quanto*
ardore

ardore in litteras humanas plerique in-
 cumberent, vebementer indolui, quod nulli
 essent Doctores Publici, qui Sacras Scri-
 pturas explicarent. (*) Tum ego & Aga-
 pitus Papa conatus nostros junximus, ut
 ejusmodi Sacra Schola Romæ expensis com-
 munitibus institueretur, qualis multo tempo-
 re Alexandria fuisse dicitur, & Judæos
 hodieque Nisibi habere ferunt. Sed belli-
 cis tumultibus obstantibus, ne vota mea
 effectum bonum sortirentur, illum defe-
 ctum utcumque ista mea Scriptione supple-
 ve me existimavi.

Sæculum VI.

A. C. 559.

Præf. Inst.

Cassiodorus.

Regu-

(*) Dolendum omnino erat cum Cassiodoro,
 illa ætate non fuisse erectas publicas Cathedras,
 in quibus prælegeretur S. Scriptura seu Theo-
 logia Dogmatica & etiam Scholastica, si modo
 illa non fuisset, cujus Ofor Joannes Trithemius
 Abbas Spanheimensis fuit. De hoc Viro &
 Theologia Scholastica in Historia Rei Litterariæ
 O. S. B. Parte secunda, Cap. I. de Theol. Schol.
 hæc leguntur: Ceterum Trithemius Theologiæ
 Scholasticæ ofor fuisse dicitur. Ita prorsus est.
 Sed cujus? illius nempe, quæ Sanctissima Fidei
 Dogmata tricus involvit philosophicis; qui au-
 ditores suos meris & inutilissimis pascit subti-
 litatibus, quæ in eo tantum desudat, ut annuas
 novitates, velut Theodericus a S. Guilielmo de
 Petro Abaelardo agebat, procudat; quæ sine
 Scripturarum, Canonum, Patrum, atque Histo-
 riæ Ecclesiasticæ luce gravissimas exponit Quæ-
 stiones. Hanc hujusmodi Theologiam suo ævo
 in plerisque Scholis tradi solitam odio habuit
 Trithemius, non autem veram ac sinceram, cujus
 Dignitatem, utilitatem, atque necessitatem non
 modo non improbavit, sed summo opere laudavit.
 Hæc ibi.

- Sæculum VI.** Regulam ponit, Scripturam secundum
A. C. 559. Expositiones approbatas Patrum esse in-
 telligendam. Primo totum Psalterium
 memoriæ esse imprimendum, tum reli-
 quam omnem Scripturam ex correctis Ex-
 emplaribus esse legendam, donec memo-
 riæ redderetur præsentissima. Felices
 illos existimabat, qui eam ex memoria
 recitare possent. Hortatur, ut in Mona-
 chorum studiis ordo servetur, & expli-
 cat Summam Operis sui, in duos Libros
 divisi. In primo tractat de Scriptura Sa-
 cra, & in secundo de Artibus liberalibus.
- 6. I. 2. 3. &c.** Ipsam Materiam sibi propositam aggre-
 diens, singillatim Commentarios Patrum
 in quemlibet Scripturæ librum indicat,
 suadetque, ut legantur. Hos Commen-
 tarios ipse in sua Bibliotheca habebat, non
 solum Patrum Latinorum, sed etiam Græ-
 corum, quorum Opera transferri curave-
 rat in latinam. Ubi de Origene loqui-
 tur, dicit, aliquos Patres eum pro Hæreti-
 co habere, & nuper a Vigilio Papa fuisse
 damnatum. Inde conjectura est, ut cre-
 damus, hoc Opus a Cassiodoro brevi post
 celebratum Concilium quintum scriptum
 fuisse. Nihilominus ubi ipsi sermo est de
 Conciliis Universalibus, nempe statim
 post S. Scripturam, tantum prima quatuor
 nominat, sive Quintum necdum tunc fue-
 rit finitum, sive de illius Auctoritate dubi-
 taret Cassiodorus, cum videret, illud a
 multis
- Sup. n. 54.**

multis Episcopis, præsertim in Italia non recipi.

Præcipuos scientiæ Ecclesiasticæ Scrip-
tores enumerat sive Theologos sive Hi-
stóricos sive Morales, quos inter etiam lo-
cum dat Cassiano; sed monet caute le-
gendum, & secundum Victoris Episcopi
Martyriti in Africa correctionem. Inter
Scriptores Historiarum mentionem facit
Historiæ Tripartitæ, quam ab amico suo
Epiphanio concinnari petierat. Hoc o-
pus est trium Scriptorum Græcorum So-
cratis, Sozomeni & Theodoretii versio, in
unum Corpus collecta, & in duodecim Li-
bros divisa. Eadem quoque est quasi con-
tinuatio Rufini, qui decem Libros Eusebii
transulerat, & undecimum adjecerat. Ex
eo tempore vix alia Historia Ecclesiastica
Latinis fuit nota. Cassiodorus Auctorum
Ecclesiasticorum seriem claudit, memo-
rans duos SS. Abbates, scilicet Eugippium
& Dionysium exiguum, ipsius in paucis
amicos.

Cum Cassiodorus esset litterarum a-
mantissimus, Monachis suis suadet, ut præ-
primis Sacræ Scripturæ scientiæ operam
dent, & omnibus illis Disciplinis, quæ ad
eam intelligendam faciunt; suntque i-
psius opinione satis multæ. Ne labor ma-
num desit, hortatur, ut præ reliquis ope-
ribus libros describerent, jubetque ut ma-
gna cura sit Orthographiæ. Hujus mul-

Hist. Eccles. Tom. VII. D d d cas

Sæculum VI.
A. C. 559.

Sup. n. 54.

c. 17. 18. etc.

c. 29.

Historia Tri-
partita.

c. 17.

18. 3

c. 30.

